

tatem consequatur : tum demum formas auferunt, vt malum natiuum colorem adsciscat, iucundo sane spectaculo.

Limonea desc.

Citria ferè similis est, quam ipsi *Limoneam* appellant, cuius fructus minoribus citriis pares, oblongi, satis densa carne & multo succo acido præditi, nullis aut perpaucis intus acinis: folia citriis breuiora, flos purpurascens foris, spinæ minores & breuiores, quàm in *Limera*. Huius generis reperiuntur etiam dulces, minores tamen, & oblongis *Limis* similes. Audio & eius genus prægnans reperiri, alium fructum minorem in se continens, incolæ sua lingua *Limones pennados* vocant, verum id genus non est mihi inspectum. Doctiss. vir S. de Touar ex Fortunatis Insulis delatum scribebat in Indice sui horti, quem ad me mittebat anno M.D.XCV. & aliud genus se alere totum ferè carneum, quod varias figuras representat, eam ob causam ab Hispanis *Limones de figuras* appellari. Quartum autem genus omnium maximum conspicebam Hagæ Comitum apud Batavos anno M.D.XCIII. Ill. H. roinæ Principi de Chimay, à Doctiss. uiro Bernardo Paludano Medico missum: id enim citrii mali grandioris magnitudinem æquabat, corticem verò minus densum, & auri instar fulgentem habebat: grumos etiam interiores minus acidos, quàm reliqua genera.

Dulces.

Prægnantes.

Tota carnea. Limones figurata. Maxima.

Limera desc. que acidiss.

Quam ipsi *Limeram* nuncupant, magno caudice assurgit, grumolque habet tenuiores, longos, firmis longis, virentibus spinis armatos, folia per ambitum nonnihil ferrata, florem candidum, fructum paulò minorem *Limonea*, oblongiusculum, vbi maturuit flavescentem, cortice tenui, vt nil nisi succum ferè contineat, eumque acidissimum. Semper flore & fructu onusta conspicitur. Aliud porro eius est genus per omnia ferè simile, nisi spinis careret, vel eas perquam exiguas haberet & illius fructus rotundus esset, summa parte quasi corona aut umbilico insignitus. Vtriusque acini seu grana oblonga sunt.

Non spinosa rotunda.

Aurea malus.

Aurea Malus reliquas huius generis magnitudine superat, Malo vulgari non inferior fertili solo, tametsi humilis interdum reperiatur: firmos habet ramos, spinas paucas & breues, folia viridia, minimè per ambitum ferrata, flores candidos odoratissimos: fructum, *Naranias* Hispani vocant, maturitate aurei coloris, succo præditum aut dulci, aut vinoso, aut acido, in quo grana frequentia, rotundiora, quàm in Limonibus. Habet etiam hæc arbor sui generis pumilionem, qui insitione vel inoculatione propagatur. Liberalior est hæc ferendis floribus & malis etiam in frigidis regionibus, modò ritè curetur.

Pumilio.

Eduli cortice.

Ex eo genere, quod dulci est succo, Hispani apud Chartusianos (Hispani *Las cuevas* nominant) trās Bætium flumen, binas arbores conspexi, que fructum ferebant carne multò firmiore præditum, Armeniacorum ferè modò, licèt similiter Camerulis distinctum & succulentum, vt reliquorum, cuius cortex vnà cum carne & succosa substantia mandebatur: corticis color insigniter aureus est. Hispani *Naranja axel* vocant. Aliud insuper genus, cuius succus acidus, vnicum granum continebat.

Monospermophoros.

Poma Adams.

Quæ vulgò Poma Adams dicuntur, ea Galli *Poncres*, Bætici *Toronias*, Lusitani *Zambas* appellant. Arbor ipsa interdum humilior est, citriæ perquam similis, magna tamen ex parte celsiorem Malum auream æquat: breues habet spinas, folia *Limonea*: florem candidum, odoratum: fructu rotundum, triplò maiorem Aurea malo, maturitate flavescentem, cortice inæquali, denso, crassa

& fungosa carne, quæ à nonnullis cum cortice simul editur, succo breuibus folliculis vt & mali Aureæ comprehenso, (in reliquis enim generibus folliculi siue vesicula: succum continentes oblongiusculæ sunt) granis subrotundis. Nonnulli *Assyrium malum* vocant.

Assyrium malum.

Cæterum præter *Aurantiam malum* eduli cortice, decem mali Medici genera apud Hispanenses inueniri ex altero Indice, quem anno M.D.XCVI. eruditissimus vir de Simon de Touar mittebat, intelligebam: accipiebam enim ab illo semina illius quod Hispani *Zambas* appellant, deinde *Limones de carne*, *Limones de figura*, *Limones pennados*, *Limones potentes*, *Limonis centies*, *Limones dulces*, *Limas dulces*, *Limas agrias*, *Limones de Tulte*, vel *Limas del Emperador*, quoniam, inquit, ab Imperatore Carolo v. ex Vngaria in Hispaniam primò delata hæc planta fertur, cuius quidem opinionis fidem augere videtur, quòd vltra cætera mali Medici genera, hæc frigoris patientissima existat. Est autem eius fructus edulis multò suauiore gustu præditus quàm *Anarantia caxel*, succus verò eius maximè ad acidum dulcem accedens, ideòque omnium mali Medici generum acidorum suauissimum. Omnium porro folia perpetuò viridia sunt, multisque veluti foraminibus, si Soli obiciantur, pertusa, instar foliorum Hyperici, iuncturâ quadam pediculo in hærentia: sola mali aureæ folia secundum iuncturam tanquam appendices habent.

Medici mali decem genera.

Corn. Citriorum generis esse & Poma Arantia statuit. Eiusdem generis & Limones siue Limonia mala, omnibus ferè persuasum esse, ipsaque aded citria hispanos *Limones* appellare. Suspicio tamen est, eum citrum & Limonem vulgò dicta Poma confundere, tantum abest ne differentias tradat, quod se fecisse putat.

Arantia.

Limones.

Citria.

Corn. nos.

Monardes putat Aurantia è Citria, primùm acri vel acida, atque aded inculta, peramaros & acetosos fructus proferente, prognata: sicque & alia citriorum genera insitione multiplicata fuisse, vnde reperias tot genera Limonum & alia, quæ citro nec Limonibus conueniant, *Zambas*, *Toronias*, *Limas*, *Limones*, (Nebrissenis vocat cidras, *Naranias*, *Toronias*, *Limas*, *Limones*,) quæ omnia, inquit, nec Prisci cognouerunt.

Aurantia.

Citrorum differentia.

Et Lacuna: Mancana Medica hisp. quæ sub se comprehendunt *Cidras*, *Limones*, *Limas*, *Toronias* & *Naranias*. Dioscor. cognouit tantum Citrum: *Limon*, *Tima*, & *Toronia*: carent propriis nominibus Græcis & Latinis. Valentini vocant *Naranja*, id est *Aurantia*, *Toronia*, licèt *Toronia* sit species diuersa, & *Cidra* satis similis.

Prisci non omnes huius aut Citriorum differentia cognita.

Limon.

Lima.

Toronia.

Naranja.

Cidra.

Raimundus à Vinario, Malorum Medicorum nomine Arantia, Limones & citria comprehendit. Sic Turn. Malus Medica, quæ & Assyria, & Citrus, Angl. Citron tree: sub qua comprehenduntur & Arantia, Angl. Orange tree / & Limonia Angl. Limon tree.

Doct. ita distinguit. 1. Malum Medicum ac citrii. 2. Medici alterum genus Limonium. 3. Anarantium aut Anarantium. 4. Assyrium vulgò Ital. *Lomice*.

Medicum.

Limonium.

Anarantium.

Assyrium.

Lob. & Penæ, *Cedrus* Theophrast. Dioscor. *Medica Mala*, siue *Cidromela*: *Arantia*, *Citria*, *Lima* & *Pomum Assyrium*. Antiqui (inquit) à solo Medo Medicum, ab odoris fragrantia Cedrum & Citrii dixerunt, quasi Cithyon odoramentum Diuisibandum: tametsi hæc in Africa sit syluestris & Olbiæ Galloprouinciæ aded familiaris in afflatu oræ maritimæ: vt sempernientium lacorum amœnitate & Pomorum fætura perenni neutiquam inquilina videatur.

Cithyon.

Syluestris.

Citrus.
Limon. Au-
rantia.

Casalp. sic distinguit. Citrus fructu grandissimo, quem Citrium vocant, aliquando magnitudine Melopeponis. Limon Citro similis. Aurantia arbor Limone maior. Melangula, quam alii Citrangulam vocant, fructu & fructu similior Citro.

Ponzius ambigit inter Limonem & Aurantiam.

Limonoci-
vrum.

Aug. Gallo, Congeperum fructuum quinque species. Cedri, Limoni, Aranci, Pomi d'Adami, Limonea fructus minor vulgaris, medius inter Limonem & Pomum Adami. Meminit & Limonocitri, seu Limonii cedromali, prognati ex infusione citriæ in Limonia: peritiores tamen inserunt Limonias citriis, vt specialius docebitur postea. Etiamnum alterius generis Staffeggiati dicti, figura mirabilis, arbore minus frugifera, de quo etiam mox.

Citrum
mirabile.

Hæc sunt Veterum & Recentiorum de Malis Medicis, citriis, atque Assyriis placita, & differentia, confusè potiùs, quàm exactè distincta [excepto Clus. qui omnium distinctissimè de iis prodidisse videtur] cum omnes à plerisque sub Medicorum nomine & titulo comprehendantur, neque tamen hæcenus pro certo constet, quòdnam eorum sit Medicum Theoph. aut citrium Diosc. & Gal.

Proponamus nobis obseruatas differentias ordine quodam, vulgi nominibus, vt hodie in vsu sunt, insignitas. de quarum cum Præscorum collatione quilibet statuatur prout libuerit.

CITRIA MALVS CVM FRVCTV MAGNO ET MEDIOCRI.

Descriptio



Cortex.

Succum.

Arbor.

Folia.

Flos.

Descriptio
Monard.

Præcipua etiamnum hodiè apud plerosque Citrio malo dignatio, quòd aliàs turbinata Limonis forma, sed mole multò maius, aliàs figura melonis, ac vel maiori etiam par, dilute aureo cortice tuberculis asperato tectum. Succus huic quàm Limoni paucior, nobilior, acidus: puluinus cortex, carne multà albida, nullo peregrino sapore ingrata. Arbor ipsa haud magna, folio Laurino, odorato, foraminulento. Rami spinis rigidiusculis, flexilibus tamen, & non valdè infestis armati. Flos albidus, odoratus, perpetuus, duobus modis progeneratus, cum colo, qui sæcundus: qui colo caret, infæcundus. Rarò hæc arbor fructu caret etiam apud Magnates Germaniæ, vbi colitur. Talem & Cl. Felix Plat. aliquando coluit, qui & fructus maturos, & alios subnascentes, & flores nouam prolem spondentes ostentabat.

Citrus, inquit Monard. [in epist. ad Quadr.] quæ mala Citria ferebat, Veteribus humilis est, omnibus nota, omni tempore pomifera, semper prægnans sæcundaque, vt trium annorum fru-

ctum habeat: Flores emittit iucundissimos, pomum oblongum, interdum rotundum, aliquatulum rugosum, colore aureum, odore gratum. Arbor non multæ proceritatis, folio Lauri consimilis, aculeos habet acutos, vehementes & rigidos.

Curiosius descripsit Cordus his verbis. Citrus arbor est fruticosa, veluti Cotoneus, ramos habet viridi glabròque vestitos cortice, ferendæ fructuum molè valdè impares & ad terram pronos, ideòque subiectis per transversum hastilibus, furcisque fulciendos. Folia Laureis similia, densiora tamen, multòque maiora, & ad Iuglandis magnitudinem accedentia, oblonga, vtrinque acuminata, egregiæ viriditatis splendorisque, præsertim supernè, infernè enim pallidiora existunt. Tota hyeme arborem suam exornantia, odoris acerrimi, latè spirantis, qualis in Melisophyllo sentitur, cum grauitate quadam camicem imitante. Spinis armatur sub omnium foliorum annexibus, longitudine vncialibus, rectis, acutis, ac viridibus. Flores, virentes gemmarum caliculi emittunt oblongos, candicantes, & quorum duplex est genus, videlicet sterile & fructiferum. Sterile nullum post se tuberculum producit. Fructiferum verò, præterquam quòd à tergo fructus rudimento sibi annexo comitetur, etiam in medio aliud insigne exerit pensum colo inuolutum æmulans, quod Theophr. quoque nouit. Fructus florem sequuntur singuli, longitudine non rarò dodrantali, figura ouata, superficie rugosa tuberosaque, colore primùm viridi, in maturitate verò aureo seu citrino: nec solùm ouata nascuntur figura, tum etiam globosum consequuntur habitum, vtrumque eiusdem est odoris ac foliorum similis. Cortice ambiuntur gustu amaro, feruido, simulque tenui, cui subest caro cartilaginea duræque consistentiæ, colore candido aspectu, atque acetoso sapore, condita capitata Brassicæ truncos referens: In medio malo cauitas quedam est, succo vehementer acetoso, suis membranis contento plena, cui immixta sunt oblonga & semuncialia semina, vtrinque ferè acuminata, cute foris flaua striatæque, intus candido duplicique nucleo constantia: quibus amarus, tenuis & mediocriter feruens est sapor præsertim cutis: nucleus enim dulcedinem quandam admixtam habet. Radicibus nititur copiosis & tenuibus.

Latina & Græca Synonyma Citrii mali supra pleraque dicta sunt: Annotat tamen Had. Iun. *κίτριον κοκκιμέλου ἄριστον* quibusdam dici. Particulariter verò quæ huius species sint nomina videntur.

Serap. *Atrog.* id est, *Citrum*. Gal. Fructus huius arboris nominatur Græcè *Pomum aquæ*. Auic. *Citrum*, id est, *malum Medicum*. Bellunenensis in marg. *Alarrungi*, seu *Atrugi*, vel *Atrungi*. Scalig. *malum Medicum* Theophr. & *Citrium* præter semen totum esculentum. Cur autem Scal. citria potiùs ad mala Medica referat, quàm Aurantia, vide cap. de Aurantiis ex Scaligeri verbis, cuius tamen ratio non vsquequaque nobis satisfacit. Citria minor videntur respondere descriptioni Dioscor. quamuis similitudo seminis cum semine Piri non nihil claudicare videatur, vt antè dictum. Manard. citrium Diosc. Gal. Serap. & Auic. & Eluchas. *Citria mala*.

Cord. *medicum malum*, *Assyrium*, *Persicum*, *Citrium*, *Cedromalum*, & *Citrium* à colore corticis: in cedro non nascitur arbor. *Citrus* eidem. Trag. eadem nomina dat, & præterea addit, esse Plin. Theoph. & Virg. & coniecit ex Assyria ad Iudæos

Descriptio
Cord.

Odor.

Spina.

Sterile &
Fructiferum.

Fructus.

Caro cog-
nita.

Semina.

Radix.
Nomina
Synonyma

Atrog.
Pomum aquæ.
Citria
Malum Medicum
Alarrungi.
Citrium
esculentum

Citria
Diosc.]

Varietas: Iudeos Mala citria fuisse olim allata. Variat, nonnunquam (inquit) grandius, quandoque magis exiguum apparet, effigies caperata rugis, prælonga: interdum rotundior: odor plusquam iucundus, & qui Martias Violas ferè referat.

Hadar.
Citrum
fructus
pulcher in
Bibliis &
Iudaorum.
Hebræi *Hadar* arborem esse volunt cuius fructus *Ethrogim*, vulgò *Citra* dicuntur, quam vocem Paraphraſtes poſuit. *Hadar* autem propriè pulchrum, formoſum & decorum ſignificat, ſicut & ſeptuaginta verterunt *καρπὸν εὐχρηστώ*, id fructum arboris pulchrum. Similiter & vulgata editio habet: ſumetisq; vobis die primo fructum arboris pulcherrimæ. Quia autem citrium ſpecioſiſſimus fructus eſt, idèd pro citro arbore *Hadar* interpretatur, atque eo fructu etiamnum hodie Iudei in ſuo feſto celebrando vtuntur, & ex Maſſilia Prouinciæ accerſunt. Celebratur autem octaua Septembris ea dies cum magnis ſolemnib⁹, vocaturque *Chag Arafa*, id eſt *Feſtum Palmarum*, in quo ſumuntur fructus quos *Ethrogim*, id eſt, *Citra* vocant, & ſpatulæ *Palmarum* ad innuendum, quod Deus deduxerat eos per deſertum in delicioſam terram. Circumeunt etiam ſeptimo dies ſepties altare, portantes *Palmas*, in memoriam depopulatae *Hiericho* ex annotat. *Pauli Fagii*. Ex his (addit *Kyberus*) facile liquet Hebræis *Ethhadar* Citream arborem, fructum verò eius *Chaldæis*

Iudaorum
mos.
Ethrogim.
Efrog.
Atrog.
Ethrog.
Efrog ſeu *Ethrog* ſignificare, quæ vox nihil, quod ad ſubſtantiales literas attinet, (nam in punctis tantum, quæ Hebræis, *Chaldæis* & Arabibus vice vocalium inferunt, apparet, ſed leuis mutatio,) ab *Atrog* *Serapionis* Arabico nomine differt. Vnde cum Arabica & *Chaldæica* lingua (quæ Iudeorum à reſitu ex *Babilone* vernacula fuit, vt multis noui teſtamenti vocibus patet) in hac voce cõſentiant, nemo in poſterum dubitare debet, quin *Ethrog* *Chaldæorum* citrum ſit, maximè cum *Serapio* ſub voce *Atrog* ea dicat, quæ *Gal.* & *Dioſc.* de citro iam ante eum ſcripſerant. Decuit hæc adduci hoc loco, quodd & ad hiftoriam & dignitatem citri facerent, ne tantopere in factis celebratum literis, in ſua hiftoria quæ debuit eſſe ampliffima, ſuo honore priuaretur.

Ceterum quæ *Cornarius* de *Malis Medicis* tradit, ad *Citria Mala*, de quibus hoc loco agimus, potiſſ. referenda videntur: ſuſpicamur tamen ei non cognitum deſcriben inter citrium minus & *Limonem*.

Corn. not.
Chryſomela aurea Mala.
Anguil. quoque eius ſententiæ eſt, citria hodie dicta *Citroni*, eſſe *χρυσομυλλα* *Græcorum* & *Aurea Mala* *Athen.* *Medica* *Dioſcor.* *Medica* & *Perſica* *Theophrast.* *Aſſyria* *Plin.* & *heſpericum* *Veterum*.

Agricola ad *Theophrast.* *Amatus* ad *Virg.* refert, & ait: cum exactè & arborem & fructum citri ſupra allegatis verſibus deſcripſiſſe. Prioribus etiam ſubſcribit *Lonic.*

G. Ryff. & *Ceſalp.* *Dod. Medicum* & *heſperidum* dicit. Antiquorum plus ſatis citata nomina huic tribuunt quoque *Tab. Caſp.* *Bauh.* & plerique alii herbarii qui id nominibus *Veterum* diuerſis condecorare ſtuderunt.

Limguarū nomina.
Pomum Iudaicum.
Vulgata nomina ſunt, *Citria*, *Citrea*, *Citromela*. Germ. *Citronpffel* / *Citronen* / *Citrinen*, *Citrinaren*, *Citronaten* & *Judenapffel*, id eſt, *Iudeorum* *Poma*, qui quotannis in feſto *Palmae* tenentur habere. Belg. *Citroen* / *Citronen*. Gal. *Citron*. It. *Cedri* & *Citroni*. Hiſp. *Cidras*. Ang. *Citron* & *Citron*. Bohem. *Citronowe* *Yablſa*.

Differencia.
Huius obſeruatur quædam differentia: Nonnulla enim, inquit *Matthiol.* in tantam excrescunt magnitudinem, vt *Melopepones* adæquent, cu-

iuſmodi ſunt quæ ex *Liguria* *Hadriatici* *Aegeique* pelagi inſulis adferuntur. Alia his paulò minora: alia verò *Limonum* magnitudine, at paulò maiora, cuiuſmodi quæ in lacu *Benaco* comportantur. Hæc principem in cibus locum obtinent: Nam etſi cæteris pumilioſa ſint, maiorem reliquis in ore ineunt gratiam. Atqui quæ grandiora ſunt, etſi ſpecioſa magnitudine excellant, cum tamen inſpida guſtu non multum placeant, in cibus recentia non æquè atq; illa præſtant: verum, quodd pulpa copioſiore conſtent, officinis expetuntur, *Saccharo* vel *melle* adſeruanda.

Cardanus ſcribit in *Lombardia* ad pondus *librarum* decem quandoque prouenire, licet raro. Sunt qui exiſtunt magnitudine potiùs & loco natali variare, quàm genere, quod iis conſiderandum relinquinus qui ea loca, vbi proueniunt, inhabitant.

Quicquid ſit, earum differentiam perſpicuè docent *Pena* & *Lob.* in *Citri* tribu [aiunt] *Medicum* *Dioſcor.* *Malum* tres amplexum eſt varietates: vulgatiùs eſt ſimiliùs *Limonio*, oblonga omni effigie: ſed maiore, cute rugoſiore, magiſque caperata, odoratiùs eſt, medicatiùs, antidotis commendatiùs: *Pulpâ* & ſucco in acetariis multò gratiùs. *Lima* autem quæ dicuntur, illis duplo ferè maiores ſunt, calloſo carnoſo corio, pollicem interdum craſſo, oblonga cucumeris aut *Melonis* effigie, ſuperficie concolore *Limonio* aut *citrio*: puluillis & torulis rugoſis papillatim extuberante, vt citri ſapore condito, & crudo grato. Tertium *Aſſyrium*, *Adami* vocatum, de quo poſtea.

Aug. Gallus has differentias facit. Primum *Pulchrum* *Lombardium*: 2. *Magnum* *Genueſe*: 3. cum glande. Primum genus delicatiùs & magis *cardiacum*, inter omnia quæ in *Europa* nouimus pluriſ ſit, quò maius, longius, coſtis elatiùs. Arbor eius fruct⁹ fert modò paucos, modò plures interdum forma rotunda, interdum ſine coſta, interdum diuerſarum & monſtroſarum figurarum. *Genueſe* genus valdè grande eſt, & ſaporis dulcioris, ſed non ita iucundi, nectam grati odoris. *Citrium* cum glande præſtantiffimum omnium, ſed minus: ideo minus vulgare: quaſi vtilitas in magnitudine poſita ſit vel numero.

Si *citria* hæc ſint illa Antiquorum, iã ſupra ſatis indicatum, in quibus proueniât regionibus. Amant verò *Cælum* calidum, *hibernis* iniuriis minimè obnoxium, quod ſi nactum fuerint, aut ſub paulò tolerabiliùs etiam diligenter colatur, flores, adoleſcentes, matureſcentes, maturòſque fructus ſimul producant, non ſolùm æſtate, verum hyeme. *Magnum* eſt huius arboris malorūque eius in regno *Neapolitano* & *Hiſpania* prouentus. Seritur etiam in *Germania*, ſed fruſtrâ, nihil enim præter folia producit, vt teſtatur *Cordus*. Vidimus & florentem, & fructus ferentem *Baſilea* in horto *D. adſinis* noſtri & eiùſdem vrbiſ conſulis primarij, *Hieremia* *Fechii*, in pulchra & pereleganti arbore, de cuius fructu maturo decerpito etiam comedimus. Erant magnitudine *Limonibus* ſimilia, videbanturque primi generis *Matthiol.* & *Penæ*. Guſtus tamen ſuauiſſe *Italici* & *Prouincialibus* cedebant, quemadmodum & carnis teneritudine. Alioqui in *Germania* frigore ſiderata facile perit, iccirco diligenti cura à Principibus à frigore cuſtodiri ſolet præſertim *Stuckardix* & *Caſtellis*, in verè *Regiis* & qui nec *Italici* quidem illis cedant, hortis, ſi plantarum cultum, copiam, artificium topiarium, & edificiorumque magnificentiam ſpectes: non item ſi aëris & coeli

Citra *To. l.*

Citri tres
varietates

Vulgatiùs
Delectùs

Lima.

Aſſyrium

Pulchrum
Lombardium
Magnum
Genueſe
Citrium
cum glande

Locus.

genium. Quapropter illata in cauedia aut cellaria, vel studio ad hoc extructa ex lignis ædificia, in multos annos viuunt: qualia sanè vel Ferraria & alibi circumiacentium locorum in eundem vsum, ipsis etiam Italis erigi solitis nouimus.

Cum fructificat substructis iugis hastilibus, furcisque fulciendam suadet Cordus, ne malorum pondere crescente detracta succumbat, ac fracta prostratur. Verùm hoc in Germania timendum minimè est, in qua vix frondes ab hyemis sœuitia vindicari queunt, quantumuis tepidis specibus foueantur.

Porro in Galloptouincia quibusdam tractibus maritimis, tam frequentem obseruauimus, vt integra Citretra potius eaque peramœna iudicauerimus, quàm multo studio vel cura conquisitas vel custoditas malos citrias.

Tempus. Floret diuersimodè Patavii, Februatio florentem vidimus, & quidem cum floribus purpurescentibus in ædibus nobilis alicuius. Item Romæ tam flore quàm fructu stipatam Maio. Denique in calidioribus regionibus rarè floribus aut fructu viduam videas: nobis sanè talis nunquam visa, quæ non vtrumque iugiter ostentaret.

CITRVM MONSTROSVM DE MAXIMIS.

Descriptio



Citri maioris arborem vidimus Stutgardia in horto Ill. Duc. VVirtemb. qui hyeme tegitur, & cum hypocausto calefit, eamque florentem Anno 1599. Ex qua arbore postea Montbelgardum vsque ad nos misit Ill. E. C. decerptum fructum, monströse raritatis, torulis cannulatum, calceum Polonicum aut Turcicum referentem: in acumen enim desinens, aduncum,

sursum recuruum, lacunam largiorem ostendit, parietibus vtrinque prominentibus, è media lacuna costa longa surrigitur elatiuscula, decliuibus in parietes circumiectos lateribus. Merebatur figura. monströse raritas eiconem, quæ eleganter & picta & sculpta.

Fortè huius aut consimilis alicuius varietatis meminit Aug. Gallus in suo lib. de Agricult. Italicè conscripto. Memini [inquit] vidisse Citrii alterum genus, quod prouenit Staffegiati, quod propter diuersas formas visu mirabile: æquè bonum atque præcedentia genera: verùm cum arbor paucos fructus producat, rarè plantatur. Nostrum hic depictum fructum integrum exiccatum adseruamus inter nostra naturalia.

Marantha quoque hinc silentio prætereundus non est, qui multas ex Theophrasto plantarum differentias enumerat, quæ cultu vel adhibito, vel neglecto non faciem solum variant, sed in aliis etiam species permutantur. Tradit enim hic

inter alia lib. 2. Meth. cognosc. simpl. c. 11. quod mala Medica operoso cultu ita efformant, vt & maris & sœminæ sexu distinguant: rem certè admirabilem, & visu iucundissimam. Maris enim pomum adnatum habet quoddam veluti infantis genitale, eiusdem cum pomo corticis & coloris: sœminæ muliebri pudendum ad veram eius effigiem efformatum videtur, quo simile magis sculptor non fingat. Mala citria ad formam peponis, aut cucumeris, aut cydonii, aliorumque quorundam fructuum ita effingunt, vt nihil amplius pristinae figuræ, præter colorem & substantiam retinere videantur. Mala etiam Medica & Limunculos vacatos & dulces & medii saporis ex acidis conficiunt.

LIMONIA MALVS.



Am verò Limonibus facies paulò alia quam Aurantiis, ad Citria in specie dicta propius accedentibus, color pallidior languidior croco tingitur. Forma Pommo oblonga, turbinata, rugosa & tuberculis inæqualis, sed minùs quàm Citria, minori quoque, à quibus & in eo differunt, quòd cortice pulposo tenuiore minùsq; car-

no, succo autem vberiore donantur, eoque acidior: semen non multum absimile amaricat: folium autem non gemellum, vt Aurantiis, sed simplex, longius, latiusque, crenatum, serratumve, foraminulentum tamen illis consimiliter. Spinæ & hic quoque reperiuntur, virorque ille perpetuus. At flores purpurei sunt.

Cordus paulò specialius sic describit. Limon ex Citri est genere multò tamen minore ac fruticosiore arbusto, pluribus ab vna radice virgis exeuntibus, cum largè fructificat, subiectis hastilibus ac furcis fulcienda est. Arbusto, cortices ramos, vestiunt priorum instar virides. Folia multò minora producit, Piri cotoneique foliis æqualia, rotundiora tantum, densa, viridia ac glabra. Spinis armatur veluti Citrius atque Arangius, minime tamen relictis, sed aliquantulum hamatis, multoque pluribus quàm illa, quo fit vt eius virgæ ac ramuli aduncis aculeis quandam Rubi imaginem referant. Flores Citrii figura non dissimiles profert, paulò tamen minores. Fructus verò Citreis ac Arangiis aspectu, odore ac sapore non dissimiles.

Eorum quadruplex ad nos peruenit generis. 1. Primum anserini oui formam ac magnitudinem habet, odore inter Citriam atque Arangiam malum medio. 2. Secundum globosum, minùsque prædicto, vtròque capite veluti eminente umbilico insigne, ceterà sui parte tuberosum. 3. Tertium oblongum est, gallinarum oui quantitate, & figura. 4. Quartum tertio æquale est. Sed globosum,

Descriptio fructus.

Quo differat à Citrio.

Semen.

Folia.

Flores.

Descriptio Cordis.

Differentia.

Oblongum

masus.

Globosum.

Oblongum

minus.

Globosum

glabrum.

bosura, & superficie magis æquali. Omnibus crassior, ac aurei palloris cortex, qualis Arangiis: odore vehemens, gustu amarus, feruidus ac tenuis. Reliquum corpus caro est, rara cauernosaque per longitudinem membranis quibusdam intersepta, cui mixta sunt citriis similia, figura, odore aut gustu semina, minora tantum. Succus per totam carnem diffusus est largus, saporis vehementer acetosi, ac dentes hebetantis. Radicibus nititur qualibus Citrus ac Arangius.

Caro eius.

Succus.

Radix.

Maiora. Minora.

Acida. Dulcia. Medica. Delectua.

Matthiol. maiora & minora facit, succi suauitate differentia, & corticis crassitudine. Nam quæ grandiora sunt, & succo & cortice carneque longè sunt crassiora.

Amatus scribit, Hispaniam ferre Limonia acida, dulcia, & medii saporis: figura item varia: quædam enim, vel Cæsalp. teste, cortice sunt crassiori, oblongiora, asperioraque, citriis magis similia, vt quæ in Gaieta nascuntur: alia leuiori cortice tenuiorique, succo acidiori.

Probantur quæ crasso cortice constant, teneriorique, succo dulciori, quos *dulces Limones* vocant.

Minimum genus Hisp. Communis Cedronati

Quoddam præterea genus in Hispania habetur minimo fructu, vix nucis amplitudine, odore cæteris præstantiori, excelsiore arbore.

Aug. Gallo, Limones quidam communes, qui tamen & ipsi variant pulchritudine & bonitate: quidam dicuntur cedronati, quia pulchra cedrorum forma, sed minores, quamuis in citriis arbores inferti. Genus est quoddam Genuæ nascens, delicatissimum, dulcedinis Arantiorum, cum soleant Limones esse acidi. Arbor multas producit spinas, potissimum iunior.

Limones dulces.

Limon non spinosa. Spinarum noxia. Delectus.

Inuenitur tamen in Maderno non spinosa, quorum magna commoditas. Præterquam enim quod spinæ acerrimè pungerent, habent aliquid venenati aut maligni, præ aliarum arborum spinis. Limones meliores, quod maturiores ac teneriores succulentioresque. Hinc cæteris, etiamque reliquæ Italiæ Lombardicæ Limonibus præstant Genuenses, quia diutius relinquuntur supra arbores, nec ita citò colliguntur, non nocente frigore, vt in Lombardia. Limonea quamuis eiusdem bonitatis cum Limonibus, rarior tamen earum vsus, quia pulchritudo minor.

Nomina & Synonyma.

Limonia [vox hanc arborem aut fructum denotans,] haud temerè apud vllum probatum autorem vel Græcum vel Latinum inuenias, videturque posterioris seculi esse inuentum: tantòque magis mirari subit quæ autoritate Matthiol. Græcè *λιμόνια μῆλα* dici scribat, nisi fortè hodiè in Græcia ita vocentur, quod tamen ille non docet. Plerique & hanc ad Veterum Malum Medicam referunt. Medici Mali genus, *Limones Cordo*: Limor ex citri genere eidem. Limones & Limonia omnes penè Herbarii cum vulgo & Pharmacopœorum officinis vocant. Citreæ speciem dicit Amatus, & Ryff. Mali Medicæ & citreæ secunda species Dod. Ant. Musa ait Italos vocare Citrium Malum. Cæsalp. verò & Aug. Gall. non citrium, sed Limoniam Citrio similem dicunt. Et sanè Limones hodiè dicti fructus, vel à Præcis non describuntur, vel sub nomine citri comprehenduntur, vt æstimat Agricola. Germ. *Limonen / Limon*. Belg. *Limonen*. Gal. *Limon*. It. *Limone*. Hisp. *Limonzas*. Angl. *Limontree*. Boh. *Limaumy*. Porro Limones hos propriè dictos non esse posse Medicam vel Persicam Theophrast. & antiquorum, ex eo satis patere arbitramur, quod facillimè putrescât, ideòque vestibis interseri ad arcendas tineas commodè non posse, quod tamen in Medico Malo Ver-

Mat. not.

Medici Mali genus.

Mali Medica 2. species. Citrium Malum.

Limones non esse proprie Mala Medica Veterum.

Tom. I.

terum apprimè desideratur.

Gaudent Limones eodem cælo calido cura, ac cultu. Quapropter in Hispania, Italia & Galloprouincia frequentes habentur, & ad Lacum Benacum ferè vbique viridaria habentur, tam his, quam reliquis Malorum Medicorū arboribus conlita, vbi in eam sese attollunt proceritatem, quæ aliis in locis Salices & Vlmi, vt Calzolarius testatur: totòque ferè anno fructibus onusta spectantur. Ex prædictis locis terra marique vehuntur in Germaniam, partim recentia, partim iuniora condita. Coluntur & Stutgardie in E. C. horto, vbi Nouembri fructibus onustas vidimus, & nos ipsi aliquando arbusculam columus in horto. Pulcherrimas colit & suamet manu magnâ industria inserit D. Fel. Platerus Basileæ. In rudibus Cairi propè Boulas, Limones syluestres, fructu nunquam maiore ouo columbino meminit esse Bellon. In Zeilam Limones proueniunt sua specie, pusilli, qui nullum propè capiunt incrementum, sapore dulcissimo. Syluestriam Limonum arbores in Syria, Aegypto, Africa frequentes, pomis admodum exiguis, acidissimis, vt refert Scal. Meminerunt quidem Amatus, Cæsalp. & A. Gallus, vt antè demonstratum, Limoniorum dulcium, verum paruos non tradunt. Cæsalp. minimos scribit in Hispania prouenire, verum quo sapore sint non indicat.

Locus.

Limones. Pusilli dulces.

Pusilli Hispanici.

An huius generis parui Limones, qui in dolio- lis interdum importantur ad nos muria conditi, cum carnibus & piscibus coquendi, iucundi saporis.

ARANTIA MALVS.



Pardiforum nostri seculi, vbi id solum & Cælum concedit deliciae sunt, Medicorū malorum species, æternæ frondis virore, & fructuum vberè quouis tempore luxurie, aliis primum è floribus eluctantibus, aliis adolescentibus, aliis maturis, atque his quidem simul omnibus plerumque placent.

Notissima verò reliquisque, vulgatiore sunt Aurantia dicta, quibus aureus ille & rutilus corticis fulgor nomen dedisse potuit. Hæc aliis magis orbiculata, nonnihil compressa, parum rugoso & foraminulento luteo cortice, interiùs tamen albicante, non multum spisso, (feminas vocant) vel crasso, (mares dicunt) amarissimo & euidenter calido teguntur, quæ tamen antè maturitatem viridis tegit cortex. Sapor succo pro maturatiōnis progressu aut generis varietate, acidus, dulcis, aut medius, seminibus æqualibus multa medulla farctis, amarus. Folio peculiaris forma, semper vi-

Aurantia Indica. Descriptio

Mas et fem.

Sapor.

Folia.

Flos.

foraminulis peruis, quippe quod gemellum videri possit, maiori Laureo, acuminato, nec crenato, alio ceu corculo subiecto. Flos vt & fructus fragrantis odoris, [qui Cordo cimicum virus nonnihil redolere videtur] coloris candidi, staminulis multis medium obsidentibus, pulchrior quam in citro, & odoratior, intus subcitrius, per oram verò limbi purpurascens. Arbori quæ multò maior quàm citri, cortex viridis, spinæ rigidæ sed raræ. Monstruosa naturæ ludentis in Aurantiis nobis obseruata luxuries, quæ tantarum deliciarum conscia non sat habuit spinis arborem armasse, nisi & fructui cornuum terramenta adiungeret. Solet & hæc superferre, quemadmodum & malus citria & Limonia.

Nomina & synonyma.

Aurantia, Arantia, Arancia.

Medica mala, Citrangulum, Citranguli, Arangia, Narantia Ital, Citria, Aurea, Hesperica, Nerantzia, Rancidum, Marianum, Cestianum.

Corn. not.

Aurantia non esse Cestiana mala.

Chrysomelum, Aureum malum.

Malum Hespericum, Arangium.

Aurantia dicta volunt ab auri colore: alii ab oppido, in quo abundant: Orange sanè Gallorum æquiuocum est & ad Pomum hoc, & ad oppidum Galloprouinciæ. Sed aliud est oppidum Achaia, Arantium à quo dicta volunt: vel Arania à Gente eius nominis in Persia. In officinis tamen Arantia dicuntur. Hæc Manardus putat esse Virgilii Medica mala & Auic. citrangulum. Hier. Brunsch. citranguli. Brunfel. citria, Arantia dicta. Cordo Medici mali genus Arangia, ab Italis Narantia: & arbor Arangius eadem. Trago dicuntur etiam Citria, Medica, Aurea, & Hesperica mala: In Nicand. Alexiph. μήλον ἔστι τὸ μηδικόν: τὸ νερατζιον, eadem: à qua voce Germanica appellatio Pomeranzen quasi Poma nerantzia deriuata videtur. Amatus etiam Rancidum vocat: & Auic. citrangulum dicit: Alii & huius & Mesuei citrangulum. Cornarius ceu pratorio quodam edicto de citriorum genere Poma Arantia vulgò dicta, Matiana, & Cestiana mala à Plinio & Galeno dici, in comment. med. à se ostensum tradit. Motus autem hic maximè ad hanc opinionem capessendam, quòd ea frequenter Galenum cum malis Punicis coniungere animaduerteret.

At verò, cum Theoph. & Plin. dicant malum Medicum non comedi, quòd vel maximè de Aurantiis dici posset, quæ non comeduntur nisi in condimentis, ex Suetonio verò constat T. Fl. Domitianum non temerè super cœnam præter Matianum malum sumpsisse, non sit verisimile, fuisse malum Aurantium, nisi fortè habuerit dulcia, aut tota edulia, de quibus mox dicemus. Sed Plinius ipse eam opinionem ei eximere debuit, qui ait, à Cestio Cestiana, sicut à Matio Matiana, quemadmodum & alia, ab inuentoribus, à Romanis fuisse cognominata. Quare Gal. cum ex auctoritate Apollonii tradit in capitis dolore ex ebrietate cestiana mala Romæ sic appellata, in cibis cocta conferre, Aurantia intelligere non potuit, tum quòd Apollonio & Galeno incognita fuisse censentur, tum quòd ea nunquam cocta exhibentur, [vt Dalech. annotat] saltem non per se, & quatenus cibus, sed quatenus ἐμβάμμα seu condimentum. Eandem tamen opinionem Cornarii & Montuus secutus videtur, & Agricola.

Inter Citria referunt Fuch. Manard. Ryff. Ioubertus, Saracenus & alii multi. At Dodonæo μήλα μεδική, malus Medica, cuius prima species Antiquis χρυσομήλον, Aureum malum, & malum Hespericum, Neotericis Anarantium & Arantium, ab aliis Aurengium.

Lonicero Poma nerantzia, genus Citri, Pomum aureum Hesperidum Poëtarum.

Lobel. & Pen. Citri & Cedri Theoph. species. Had. Iun. χρύσειον Athen. & μηδικόν Nicand. Schol. & Turn. Qui aded [inquit] Aurantia volunt differre à citriis, legant illud Nicandri in Alexiph.

τὸ μηδικόν μήλον, τὸ νερατζιον. Neralia etiam, Saraceno, quæ eadem Aurea vel Hesperica. Arangia quibusdam, aliis chrysea: Pomum Arangia Hist. Lugd. Aurea Virgilii C. Bauh. de quibus nos supra alio loco. Idem suspicatur esse Martianum Suetonii in Domitiano. Cæterùm plerique Herbarii & Practici Arantii vel Aurantii nomine designant. Germ. Pomeranzen. Gal. orange, pomme d'orange. Belg. Aranie appel/ appel van aranien. Ital. Arancio. Hisp. Naranzas, naranyas, melaranz. Angl. Orange tree.

Neralia, Arangia, Chrysea.

Nationum nomina.

An Arantia sit medicum Theoph.?

Sed dubium hoc loco ventilandum ex Scaligero. Medici mali Theophr. vsum nullum scribit inter cibos: iccirco [inquit ille] quæsiuere doctiores, vtrum esset de quo scriberet, Arantium an citrium. Nam citrium præter semen totum esculentum est. Non animaduertere [addit] folij figura tolli respondendi cunctationem. Non enim est Arantio Lauri folium, sed peculiare quoddam, nempe duplex. Hæc ille. Quasi verò appendix ille folij impediatur, quominus folium dicatur Laurino simile, quemadmodum reuera est: non quòd inde velimus astruere, esse reuera Medica Theophr. mala, quæ nobis Aurantia dicuntur: nam & reliqua citriorum genera folia Lauri similia habent, sed vt constat Scaligerianâ subtilitate nondum sublatam respondendi cunctationem. Et iam rursus Scaligerum, vel alium aliquem subtilitatis professorem sine cunctatione respondentem perlibenter audiremus: Aurantia vel in multos annos exiccata, suum tamen odorem non amittere, non facile corrumpi, & vel corrupta, tamen tandem sicari, & odorem seruare, idèoque vestibis interponendis ad arcenda noxia aptissima esse. Citria verò etsi siccantur quoque, qualia & nos habemus, esse tamen euanida, idèoque nec odore nec vsu commendabilia.

Scal. not.

Arantia cur possint esse medicum mala Theophr.?

Porrò plerique Herbarii duas Aranciorum differentias agnoscunt, acida & dulcia. Matth. tria in Italia genera nasci tradit: acida, dulcia, & vinolenta siue musta, quæ & Cæsalp. & Aug. Gallus referunt, & vinolenta medijs saporis vel mediocria nuncupant: hincque addit, non dignosci posse nisi comedendo. Periti tamen Medici & Hortulani optimè discernunt ex folijs & corticibus fructuum. Semper verò meliora sunt Genuensium Lombardicis: quanquam hæc si non colligerentur propter frigus antè perfectam maturitatem non differrent, quemadmodum nec Limones. Prouinciales ad Genuenses bonitate quàm proximè accedunt. Scal. scribit se in Prouincia Narbonensi, eiusdem arboris Arantia nonnulla acida, quædam dulcia degustasse, eodem tempore, quibus tamen nihil defuerit ad perfectionem. Et quamuis iam alibi scripserat, neque Arantium, neque citrium, neque Limonium dissimiles fructus edere in eadem arbore, nisi illud fiat per insitionem, neutiquam verò per propria & connata principia: hic tamen rationem tribuit materiei diuersitati, quæ non æqualiter coqui potuerit. At qui si non æqualiter coqui potuit, quomodo aliterutro nihil deesse potuit ad perfectionem? Si diuersi fructus non nascuntur in eadem arbore, nisi per insitionem, [quod facile concedimus] quid opus ex coctionis gradu rationem petere, quæ nulla est in hoc negotio, cum abundè suppetat ex mixto & gemino ex eadem arbore diuersorum fructuum principio. Dicamus itaque diuersi saporis Arantia, quæ Scaliger ex eadem arbore gustauit, aut ex insita fuisse, aut cadere illam scilicet, non posse diuersos fructus ex eadem specie arbore prognasci: cuius sententiæ & nos sumus.

Auranciorum differentia, Acida, Dulcia, Vinolenta.

Acida & dulcia ex eadem arbore.

Scal. repreh.

mus: ideoque ex insita arbore diuersa decerpisse Scaliger. quamuis illud nequitiam insinuet, minus verò etiam sic intelligere videatur.

*Poma Au-
rea.
Genera
complura.*

Græci, autore Monarde, Aurantias *Poma aurea* vocant. Persuasum is habet per insitionem advenisse complura genera, & sic magnificentum esse insitionis usum, vt aliqua corticem habeant dulcem, quæ totè comedi possint. Quanta diuersitas saporum in eis degustetur communi relinquit iudicio, sat esse concludens, constare multa fieri posse per insitionem, quæ in monumentis Antiquorum non memorentur. Enatam esse Aurantiam ex insitione Citri arboris in Malo punica idem asserit. Et hinc Aurantiam Malo Citrio non absimilem scribit, & cum Malis Punicis in rotunditate & colore, corticève satis conuenire tradit, quinimò Malis Punicis urgente necessitate in eorum penuria substituendam censet. Id nondum constare ait a Aurantiæ sint Citranguli ab Aui- cen. & Mesue commemorati.

*Aurantia
Sede ena-
ta.*

*Punicorum
substitutâ.
Citragula.*

Locus.

Gaudent Aurantia iisdem locis & regionibus, quibus Mala medica vbi passim abundant in viridariis & hortis, maritimis præsertim tractibus. Abundant in tota Campania, Apulia, Calabria, & aliis regni Neapolitani locis, quemadmodum in Germania arbores domifera. Iisdem scaturit & Liguria, Galloprovincia, & totus Benaci lacus tractus vbi paulò curiosius coluntur, quàm locis prædictis: parcius etiam fundit Gallia Narbonensis, præsertim superior. Frequentius verò hodie etiam in Gallia Septentrionalis & Germaniæ magnatum hortis colitur, quàm vllum reliquorum Citriorum genus, vel quòd communiores sint, vel quòd cæli mitioris genium paulò facilius tolerant. Quapropter Stutgardie in horto Ill. C. VVirt. magna copia præ aliis exoticis arboribus coluntur, vbi mense Nouemb. pomis grandis, tam maturis, quàm immaturis, magnâ copiâ, iucundissimo spectaculo, dulcibus, acidis, subacidis, magnitudine variantibus, cortice tenui, crasso, amaro, eduli, magis & minus acti, vidimus, & gustauimus, vbi & toto anno abundant. Aceo usque eas habendi cupiditas excreuit, vt & nobiles, Doctores plerique, ipsique adeò pharmacopœi colere incipiant, in mulus Germaniæ & Gallia locis. Nos etiam plures coluimus, insitione & sat, nam ex semine facillè nobis proueniunt, tam dulci, quàm acido. Sed hinc Montbelgardi ad frugem nondum peruenere. Doctor Platerus Basilea plurimas habet fructiferas, & infructiferas, quas syluestres vocat ex semine natas, & suamet manu (quâ indostiâ eximie pollet) insent, & fructiferas reddit, quæstumque haud contemnendum inde facit. In horto Principis in Heiterfcheim aurea mala pulchra, rugosa & polita matura Septembri obseruauimus. Scribit Lobel. in Africa syluestrem & Olbia Galloprovinciae adeò familiarem in afflatu oræ maritimæ, vt semper uerentium lucorum amœnitate & Pomorum fœtura perenni, nequitiam inquilina videatur. Recordamur sanè doctum & insignem Pharmacopœum Io. Rosselot Montbelgardi Ill. C. VVirt. inferuentem narraffe nobis, se in adolescentia sua penè fame periisse quondam in hispaniis agentè, inter syluas Arantiorum syluestrium. Tantam enim earum fuisse aciditatem vt in plures dies offensus a quodâ seu stupore dētes masticationi omninò ineptos haberet. Sed vt hoc obiter moneamus, facile mederi potuisset mansu *Portulaca*, id suadente Arist. & plerisque Medicis. Aut si hæc defuit panis calidus, caseus, nuces Pineæ, Auellanae, Iuglandes, sal aut mel calefactū affricatum, amur-

*Differentia
complures
in horto Ill.
C. VVirt.
Stutgar-
diano.*

Spontanca

*Aurantia
Sylu.*

*Stupor ab
acidis Au-
rantis, vt
tollatur.*

Tom. I.

ca in æneo vase cocta ad mellis spissitudinem, oleum immaturæ oliuæ infricatum, vices eius suppleuissent.

Floret Arantia Aprili, Maio, tardiùs aut citiùs pro loci conditione, præcipue commendationis odore. Flores decerpti etiam per maria in longinquas regiones perferuntur: & aqua quoque quam *Nassam* vocant, fragrantissimi odoris, ex iis parata arte destillatoria. Apud Germanos hyeme diligenter contegenda, & extractis in eam rem ædificiis atque hypocaustis fouenda aduersus hyemis iniurias.

Tempus

*Aqua
Nassa.*

Non tacendum hoc loco, quod mirifica subtilitate, acutissimus prædicat Scaliger. Arantii, inquit, quod gelu periisset, triennio post effossi radicem mirati sumus, non solum viuere, sed etiam lætissimam. Sed si superuixit, & quidem læta, ergone perierat? Atqui, dicit ille, arbor perierat, hoc est, truncus cum ramis & foliis, non item radix. Atqui, inquam non igitur perierat, superstitè vitæ etiamnum fonte, ex quo pristinus vigor promanare possit. Nondum igitur tota perierat arbor. Sic bonus quoque interdum dormitat Homerus.

*Mirabilis
Scaligeri
obseruatio.*

POMA ADAMI.



Proxima Aurantiis sunt quæ Adami nuncupant poma, si fructum spectes orbiculatum illum quidem & aureum æquabili Aurantiorum superficie, sed multis numeris maiorem, & nonnunquam ad umbilicum veluti ambesum, colore magis fuluo, quàm Aurantia, & odore ignauiori, carne Citris simili, sed gustu insuauis, multo interim succo pragnantem, sapore Aurantiis affini. At verò folium in Limonum aut Citriorum familiam cooptare iubet, vt cui nulla subiecta pinnula: nam pori, quibus pertunditur, omnibus communes sunt, veluti & spinæ, vique pertinet vitæ folii. Flores Citri. Omnes partes satis bene & eleganter expressit pictor.

Descriptio

Quo differat ab Aurantia.

Caro

Sapor.

Foliorum

Flores.

Medica antiquorum Erymon

Nomina & Synonyma. Adami Poma Lomice.

Medici mali genus.

Hanc & plerique ad Medica Antiquorum referunt. Pomum verò Adami dictum volunt, quòd in superficie cœu infixorum dentium vestigia habere videatur, quasi ab Adamo primo homine commorsum fuisset, quo nomine & ab Italis agnoscitur.

Sic Matthiol. Adami poma vulgò vocata, nos *Lomice* dicimus, & *Poma d' Adamo*. Aurantiis duplo triplone maius, rotundum, cortice non admodum crasso, inæquali fissuris quibusdam apparentibus, perinde ac si dentibus demorsum esset, vnde illi nomen, quòd putet ignarus vulgus, hoc illud esse pomum, quòd ab Adamo in Paradiso demorsum fuit. Medici mali genus, Poma

Adami, Cordo. Amatus quoque Citri speciem facit. *Pomum Assyrium* quartum; etiamque Medicum Dod. *Pomum Assyrium*, Adami vocatum, *Mali medici* Diosc. *tertia varietas* Pen. & Lob. *Malus Assyria* Tabern. & Gerard. *Poma Adami* Hist. Lugd. & Neotericis plerisque. Solerius Limes vocabat. An Cæsalp. *Melangula*, quam alii *Citrangulam* vocant: frutice & fructu similior Citro, ingenti fructu, omnium maximè tuberoso & crispo: colore pallido, sed rotunditate & succo interno Aurantiæ: cortice quoque similiter fungoso, sed tenero & dulci, cum leui quadam amaritudine. Ponzirus ambigit inter Limonem & Aurantium: non enim oblongus, vt Limon, nec omninò rotundus, vt Aurantium: vtrisque amplior: cortice crasso & læui, colore ad Aurantium vergente, dulci cum quadam amaritudine, succo intus Limonis. Considerent periti an citrangula Cæsalpini, non sint poma, quæ vocant Adami: & Ponzirus differentia quadam citri maioris. Ita saltem descriptio insinuare videtur.

Nomina linguar. Germ. *Adamsöpfel*. Gall. *pommes d'Adam* & *poncyres* iisdem teste Lob. Hisp. & Lusit. *Azamboá*. Angl. *The Assyrian Apple tree* Gerardo.

Locus. Non vbiq; hæc obuia, in Lusitania tamen & Hispania colitur: item in Calabria, authoribus Amato & Cordo. Ad Benacum lacum toto anno ferè perpetuà fronde virent & florent, teste Calzolario. Vidimus nos Lugduni aliquando, & in horto Ill. C. V. Virt. Stutgardiano, vbi arbor pulcherrima, magna ferens poma, nec pauca.

Locus malorum Medicorum in genere. Quod in genere de loco omnium malorum Medicorum dictum sit, abundant ea hodie *al' Golsfo Antogil*, vbi multò maiora, quàm in Lusitania: item in insula S. Helenæ. In Brasilia & aliis noui orbis partibus, à Lusitanis ex nostro orbe illata, multiformia mala Medica hodie suppetunt, vt discimus ex historiis & nauigationibus Indicis Hulsii, Maffei, & aliorum. Citrus apud Medos & Perlas inprimis frequens, deinde Palladii diligentia in Italiam translata fuit: postea verò in vsu deuenit, vt nemora & campos occuparet.

Medicam malum Græcia non vidit. Mirum, quod scribit Scaliger apud Theophrastum: Arbor Medica tota Græcia [scimus enim] nulla visitur. Hæc enim eius sunt verba. Et in Indice in eius annotationes in Theophr. bis repetitur, malum Medicam in Græcia non videri. Quod si verum est [de quo tamen vehementer dubitamus] frustra sanè à prisca in Græciam inuecta creduntur, vt in præcedentibus dictum. Mirari porò subit, quare non sint ibi, aut esse possint, præsertim cum nec terræ fertilitas, nec cæli repugnet temperies. Sed iudicium penes eos esto, qui Græciam incolunt, aut perlustrarunt. Nisi fortè barbaries Turcica, quæ iam ante Scaligeri secula in Græciam irrepserat, eadem vel neglexerit, vel penitus exterminarit. In Creta sanè, teste Bellonio, maximæ sunt arbores Arantiorum, citriorum, pomorum Adami & Ponziorum. Græci, eodem referente, succum expriment, dolia eo replent, vendunt Turcis Constantinopoli & aliis locis, quod deuehunt. Eo enim Turcæ frequenter vtuntur loco Omphacii.

In Creta. Operæpretium nos facturos existimamus [si antequam de viribus malorum Medicorum agamus, aliquid dicamus de eorum satu, cultu, insitione, & si quæ talia sunt, quæ ad eorum conseruationem facere possint, idque in Germanorum & Septentrionalium potissimum gratiam, quos hodie tanto studio eas arbores colendi & propagandi ardere videmus. Præcepta igitur da-

bimus ex probatissimis & diligentissimis earum cultoribus, potissimum, Varrone, Palladio, Aug. Gallo, & obseruatione nostra.

Ergo mense Martio citri arbor quatuor modis feritur, semine, ramo, taleâ, clauâ. Amat terram rarioris naturæ, cælum calidum, humorémque continuum. De Medica inprimis obserues, ne in terram nimium aridam, sed temperatam semen demittas. In iugerum vnum, si est naturâ temperata terra, scribunt opus esse Medicae sesquimodio. Id feritur ita, vt semen iactetur, quemadmodum scilicet cum pabulum & frumentum feritur. Si igitur granis velis serere, ita facies: terram in duos pedes fodies, cinerem miscebis, breues areas facies, vt vtrinque per canales aqua discurrat. In his areis palmarem scrobem manibus aperies, & tria grana deorsum verso cacumine iuncta constitues, & obruta quotidie rigabis, vt animata semina meliùs adolebant. Citius procedent, si beneficio aquæ tepentis vtaris. Natis germinibus semper proxima herba runcetur. Potest hinc trima planta transferri. Acres medullas mutant, si semina per biduum mulsâ maceantur. Si ramum velis ponere, non amplius sesquipede debetis immergere, ne putrescat. Clauâ feri commodiùs est, longitudine cubitali, vtraque parte læuigata, nodis & aculeis recisis: sed integra summitate gemmarum, per quas spes futuri germinis erumpat. Diligentiores & fimo bubulo adlinunt vtrinque, quod summum est, vel marina Alga vestiunt, vel argilla subacta vtriùsque extrema cooperiunt, atque ita pastinato solo deponunt. Talea & gracilior & breuior esse potest, quæ similiter vt claua mergetur. Sed talea palmis duobus superfit, claua omnis obruitur. Non debet aliis arboribus annecti. In spatio non desiderat interualla maiora. Calidis, sed irriguis & maritimis maximè gaudet locis. Sed si quis hoc genus, vt in regione frigida nutriatur, extorquet, loco vel parietibus munito, vel in meridiam partem disponat hanc arborem. Sed hybernis mensibus tectam stramine velet agresti, aut aliis tegetibus vel sportulis munit à frigore. Iuuari creditur maximè circumscitæ cucurbitæ flagellis, quarum cineres vtilem quoque citri arboribus materiam præbent. Gaudet assidua fossione, hinc proueniunt Poma maiora. Nisi quæ arida sunt, rarissimè debemus abscondere. Illud quod scitu dignum, quod arbor citri similis erit, quæ beneficio inoculationis coaluerit. Diuites, & qui dant operam genio, fornibus concameratis ad Solem spectantibus, reponunt, aut etiam fornace intus exstructa, fouent. Vbi ætas refulserit, fornices apertos, Sole sinunt illustrari, & eius tepore foueri: omnino aëri nuda & libera reddenda, sed eatenus vt secuta sit. Nam hæc arbor, potissimum citrus, vtpote suapte natura tenerior, si paucam glaciem experiatur, syderata contabescit. Talea, siue claua eius calidissimis regionibus, & per Autumnum ponitur. Frigidissimis Iulio & Augusto positas, & quotidianis rigationibus animatas, vsque ad poma & magna incrementa perduces.

Satio granorum.

Rami satius. Claua satius.

Talea satius.

Situs.

Vt poma maiora fiant.

Insitio.

Calidis regionibus partus non alternat, nec restibili, sed perpetua fertilitate pomificat: aliis pubescentibus, aliis adultis, aliis maturitate caducis. Sic gradatim succedunt Poma. Maturis se substituant acerba, hæc florentia consequuntur, orbem quem

quendam continuæ fecunditatis sibi ministrante natura, quæ hanc fecundam non interpellat.

Inseruntur etiam ex Piro, vt quidem volunt, & Moro & Punicæ Malo: sed insiti furculi qualo desuper omnino muniendi sunt, vel fictili vasculo: De satu & insitione hos versus condidit Palladius.

*Nec non & Citrii patiuntur mutua rami
Pignora, qua grauido Cortice Morus alit.
Pomaque pasturi blando redolentia succo
Armatas mutant spicula nota Piris.*

Plantatio
quæ hodie
in vsu.

Posteritas quoque semine serit, sed voluptatis potius gratia, quam vtilitatis: tardè quippe fructus producant. Plantandi potius bacelli cuiuscunque prædictarum specierum, longitudine palmi, politi. Ad quatuor digitos deradenda exterior cuticula, & terræ insigendi, præseruandi à magno æstu & frigore. Spatium sit palmi inter singulos, quos oportet extra terrâ ad duos aut tres digitos eminere: sepius circumfodiendi. Facilius proueniunt, si propagentur. Arantia tamen minus feliciter, quia ligno sunt firmo, quod non facile radicat. Ex igitur seminandæ, & quia tardiùs fructificant, inserendæ Pomis Adami, Citri, Limoniz: ita & plures proferunt fructus, & citiùs, & meliores.

Arantia
seminanda

Hortulani Italiæ nunc diligenter defigunt bacillos Pomorum Adami propter insertionem, quia commodè prouenit, earumque fructus cæteris hodie ferè rarior. Qui Citriam inserere vult, meliùs faciet, si nobiliores ignobilioribus inserat. Sunt qui Citrias Limonibus inserant: peritiores tamen inserunt Limonias Citriis, quia sic fructus nascuntur pulchriores, quos *Limonacetos* vocitant Itali, qui que ventriculo meliùs conueniunt, quam Limones, qui vehementer refrigerant. Inseruntur etiam Citri & Limones Arantis: sicque plures ferunt fructus quam in propriis truncis, & frigori magis resistunt. Ad Lacum Bennacum in parte Solodiana Arantiæ arbores ferunt hyemem non tectæ. Archipresbyter de Maderno in Citretis suis arborem habet Arantiorum magnorum, ex vnius fistulæ insertionem comparatam. Habet etiam Limonias quamplurimas, quæ æquè ac Arantiæ etiâ non tectæ per hyemem frigus ferunt. Fructus tamen eius loci ad bonitatem Genuensium & reliquorum locorum maritimorum Italiæ neutiquam accedunt, vbi haud ita frigoris iniurias pati solent. In deliciis habentur præ aliis Arantiæ mediisaporis, quocirca hodie sepius inseruntur, quam dulcia & acida. Quoniam verò Aranciorum & Pomorum Adami arbores fructiferos flores copiosos ferunt, Citriorum autem multos infructiferos, Limones etiam plures, ideo hæc duæ inseri solent Arantiis, & Pomis Adami.

Limoniz
vri.

Inserio-
nis modus

Inseruntur autem per scutum, oleæum modo: nimirum non sub cortice, sed fisso trunco. Diligentiores insertos furculos cera diligenter oblinunt, ne aer aut humiditas aliqua penetrare possit. Verum ad imendum omnes oculi superflui, etiamque superuenientia Germina. Sic relinquatur ramus supra inoculationem, ei appendatur vasculum terra plenum, ita adaptatum vt radices agere possit in eo, & sequenti anno plantari.

Inserio-
nis tem-
pus.
Sationum
aliq. modi.

Inseriones autem fieri par est interlunio, mensibus prædictis aut etiam tardiùs, dummodò lignum sit succulentum. Mundandæ arbores sine Martii & principio Aprilis, vbi frigus cessauit. Tum defiguntur baculi seu clauæ: & ramis vascula applicantur cum terra, parte per vasculum transmissa priùs scarificata vt promptiùs radiceatur.

Tom. I.

Quæ gravis sit satio, tardissimè ad frugem peruenit, speciatim Aranciorum, non ante duodecimum annum, etsi rectè curentur. Citri & baculis uel taleis satè fructum ferunt tertio aut quarto anno. Limones quinto.

Tempus
saturæ.

Terra sit pinguis, petris vacua. Locus vbi consita sunt à Boreæ afflatu sit immunis. Ex fimis præstat equinum, ouinum, sed benè putridum, quo obruantur & muniantur contra frigus. Aestiuo tempore sepius rigandè, singulis mensibus circumfodiendæ: Magnâ diligentia putandæ tollendæque spine, ne arbori noceatur. Hieme siccas esse oportet, antequam recondantur.

Qualis
terra deli-
genda.

Periti hortulani, & ad rem attentiores, metuentes ne flores hyeme pereant, priusquam Citros tegant, vt quæ frigoris magis impatientes, flores, fructuum rudimenta & teneras summitates tollunt, & sale condiunt atque aceto, ad cibum tempore quadragesimali, & toto anno.

Flores &
rudimenta
fructuum
quando col-
ligenda.

Caendum ne vllò stillicidio rami madescant: urgente frigore, accendatur ignis in loco vbi repositæ sunt, ex lignis ficcis, aut carbonibus, nisi adsit hypocastum. Interdum mitiori cælo existente aperiendæ fenestræ, vt fruuantur in aliquot horulas, potissimum circa meridiem, radiis Solaribus. Ex Limonia rariùs & minus decerpuntur flores quia plerumque fructifera: Aranciorum verò & Pomorum Adami semper. Arbotes hæc supra fidem durare putantur, aiunt in valle Solodiana & circa Lacum Bennacum extare nonaginta & centum: Romæ quoque Aranciorum arborem in templo S. Sabinæ à D. Dominico satam tradunt quæ etiamnum delicatissima ferat poma: Posset ergo esse 400. circiter annorum. Fructus ii demum perfecti creduntur, qui per annum durarunt in arbore, & qui nullum senserunt frigus. Minus probantur qui sua spontè cadunt. Arantiæ arbores vix amittunt folia, reliquæ faciliùs, potissimum Citrus quæ cæteris delicatior. Verum primo vere faciliè recuperant noua ac etiam flores & fructus.

Actas ar-
borum Ci-
triarum
& Medi-
carum.
Arantia
à D. Do-
minico sa-
ta.

Vt caueas ne flores ferant inanes, præcidendi rami superflui, cauendumque ne ultra modum excrecant: ita copiosos edent, & fecundos. Digitis tutissimè ramulorum multitudinem decerpes potissimum vere, & interlunio, idque ordine quodam, quo apparent: ipsas etiam gemmas abundantiores demes.

Ne flores
ferant in-
anes.

Quum transplantandæ aut transferendæ, Vere quoque faciendum, considerato etiam situ eodem, quo erant antea positæ, singulis partibus, sibi consuetas cæli plagas respicientibus.

Transpla-
tatio.

Magnò sanè harum arborum damno, præsertim in vasis repositarum, negligitur situs ratio cum educuntur. Si tamen Septentrionales rami cæteris essent teneriores, etiam consuetum situm mutari, haud improbauerimus. Transplantatio fiat potissimum circa vesperam in bona terra, quo etiam tempore probatur rigatio, si sit opus: In Brixiano agro quidam meridie plantant & Soli etiâ expositis locis, non tamen mutato situ, in vasis ligneis aut terreis, qui etsi non tam miti fruuantur Cælo vt Riuerani, culturâ tamen & diligentia interdum meliores pulchriorèsq; habent fructus. sunt qui capsis ytantur è ligno Lariceo, quòd meliùs resistat aquæ, suffultus altitudine palmi, ne terræ corruptela aut situ inficiantur. Latitudo & longitudo capsarum ferè vlnæ vnius & semis esse solet: terram quotannis renouant, admixto stercore columbino, gallinarum, equino aut etiam cloacarum. Circa D. Martinum sub porticibus & tectis collocant, ne pruinis lædantur, ita tamen,

Situs.

Hora trans-
plantatio-
nis.

Modus
Brixien-
sium
exemplis
gratia pro-
ponitur.

Culturæ
diligentia
multum
potes-
t.

Vasa.



vt Sole fruatur. Ad diem D. Catharinæ repouunt in domos, vt à frigore conferuentur per hyemem. Vrgente summo frigore accenditur ignis carbonum: cum opus est etiam rigantur, Mense Martio paulatim educuntur, vt aere fruatur liberiore & Sole etiam. Circa D. Georgium omnino aeri exponuntur, similiterque rigantur, si videatur opus. Eductis aut educendis ad quatuor digitos superficiei tenus detegitur terra, & radicum superficiales fibrae excinduntur. Arbores quas colunt in vasis terreis, sunt præcipue pulchritudinis, & aspectu mirabiles ob insignem fecunditatem.

In vasis terreis coluntur.

Viti stupendum, arbutulam, cubito aut feticubito non altiore, in vase cubito non altiori, cuius fundum palmo non latius, cum maximis Citriis onustam, tantaque copia, vt plures sint fructus quam folia. Citrii itaque, Limones, Arantii, Limonii, ponendæ in parua vasa terrea, sed profunda, cum pauca terra valde pingui, & arcendæ à Boreali vento. Sic fructum ferent intra triennium, exceptis Arancijs, quæ duriori ligno.

Vt Arancii citius ferant

Vt autem citius ferant, inseruntur Citriis vel potius Adami pomis, sicque ipsa etiam Arantia euadent maiora.

Vt diu conferuentur

Vt diu conferuentur, tertio vel quarto quoque anno eximendæ, & tollenda terra, secandæ radices, vt ad tres vel quatuor digitos tantum relinquuntur longæ: detur terra noua, qualem antea diximus: diligenter præscindantur ramuli luxuriantes: arceantur à nimia siccitate & calore, & statis temporibus rigentur. Sic & bonas & diuturnas efficias, neque spem sui fallent Agricola.

De Mangonio maiorum Medicorum. Vt acres fiant dulces

Dicamus etiam aliquid de Mangonio. Feruntur acres medullas mutare dulcibus, si per triduum aqua mulla semina ponenda macerentur, vel ouillo lacte, quod præstat. Aliqui mense Februarii truncum obliquo foramine ab imo terebrant, ita vt altera parte non exeat: ex hoc humorem fluere permittunt, donec poma formentur: tunc foramen tunc replent, Sic quod est medium fieri dulce confirmant. Citreum & in arbore potest per totum annum propemodum custodiri. Melius si vasculis quibuscunque claudatur. Si pubescens malum fictili vel vitro claudatur, per incrementa formam vasis contrahet, & tanta magnitudine, quanta vas, extuberabit. Ad hoc autem Pomum videtur incumbere: sed cauetur foramen, per quod aer inspiret, si subacta gypso pomum oblinas, noxis omnino non patebit.

Vt varia figura crescant.

Vt non pateat noxis.

Vt hominis aut animalis induant imaginem.

Africanus scriptum reliquit modum, quo vel humanam, vel animalis alterius induet imaginem, si gypso vel luto siccescente hanc obducens, mucronis acie bipertito, videlicet in anterieus & posterius dissecueris, vt ea iterum apte possint coniungi, postea in fictilia posueris: cumque pomum ad dimidium peculiaris incrementi peruenit, iis formulis claudes, diligentèrque vinculis dstringes, ne obuoluti pomi peractu fictiles typi diuellantur: & siue Citrium, siue aliud quoduis mali genus fuerit, breui has exprimet effigies, nec non has animalium figuras representabit, quorum & habitum & imaginem mentiri placeat.

Vt rubra fiant Citria

Si rubra Citri poma voles efficere, furculum Moro inserito, & malum rubrum dabit. De Citriorum & Limonum cultu consule etiam Iouianum Pontanum in hortis Hesperidum.

Repositio.

Si velis legere atque seruare mala Medica omnis generis, nocte Luna latente debetis cum ra-

mis foliatis carpere, & secreta à se inuicem disponere. Diu integra à putredine præseruantur, præsertim Citria, si reponantur loco non nimium frigidum aut calidum, in vas in quo hordeum bene exiccatum. Cauendum tamen ne se mutuo contingant. Sotion rei rusticæ celebris author, iubet poma Citri subacta gypso studiosè perlini, vt toto anni curriculo, inoffensâ integritate, illa omni vitio seruentur. Citria mala non putrescere promittit, quæ acruis Hordei fuerint obruta. Alii singula vasis singulis claudunt, vel gypso adlinunt, & opaco loco ordinata custodiunt. Plerique in Cedri serobe, vel in straminibus minutis, vel in paleis testæ seruant.

Vt diu conferuentur.

Notanda & hæc antipathia, quam Citriis accidere scribit Fracast. quod scilicet in seruo in eorum cumulum pane putrescant. Attrahere enim panem eorum humiditatem, quæ de causa necessariò paulatim flaccescant.

Vtilitas ex cultura.

Sed quæ utilitas tam diligentis culturæ redundat in cultorem? Maxima sanè: Nam etsi delectatio ipsa, & tam saluberrimarum arborum cultus, pro vtilitate sit habendus, vsura tamen inde diligentioribus & copiosas colentibus redit non contemnenda. Multæ primùm acquiruntur pecuniæ ex venditione arborum, quæ multiplicari possunt: florum Citri pro acetarijs, pro condiendis aceto, melle, & saccharo: florum Arantiorum, pro pretiosissima aqua Naphæ, quam vocant: fructuum immaturorum, pro condituris: Aranciorum pro globulis & corollis, quæ grati admodum odoris: maturorum pro conuiujs, pro ægrotis & medicamentis: corticum Aranciorum pro bona sinapi confectura, & alijs condituris, vt pane aromatico, etiamque corruptorum propter succum & semina: Aranciorum seminantur, Citriorum venduntur Pharmacopœis. Solent verò Mercatores emere hos fructus mense Septembri & Octobri. Separant maturos ab immaturis. Immaturos vehunt in Germaniam, Hungariam, Poloniam, ac etiam Moscouiam, qui suam interea acquirunt maturitatem, & crudi edi possunt, in quibus locis magni venduntur. Et hac ipsa met die [Octobr. 14.] qua hæc commentamur huc Montbelgardum attulerunt geminæ differentie Arantia. Italica non perfecte matura, & Provincialia satis matura: hæc ciues, illa Pharmacopœi [maturiora respicientes, quod diu seruari non possunt] coeuebant, dicentes maturitatem acquisitione suo tempore rectè custodita. Tum sibi futura Aurancia, cum defuerint alijs. Maturos, quam certissimè possunt, diuendunt Itali hortulani. Pharmacarijs ad condituras. Vidimus vnicam arborem Citri, satis tamen elegantem, Basileæ centum florenis diuenditam. Ipsa etiam folia quibusdam in locis venduntur, quæ cum cibus decoquant ad odoris gratiam. Denique nihil hîc quod non vtile & frugiferum suo cultori, quoniam modo esse possit. Scribit Calzolarius, ex vno tantum terra iugero malorum Medicorum circa Lacum Benacum diuersi generis arboribus confito, centum & quinquaginta, & quandoque plures etiam ducatos, annuatim colonos recipere.

Iam quis vsus in Medicina, quanta commoditas, quæ gratia? Charta prius deficeret, quam omnia persequi possemus. Fas sit tamen, instituta nostra Methodo satisfaciens, ex probatissimis quibusque authoribus malorum Medicorum omnium vires & vsus recitare.

vires & vsus. Malorum medicorum in genere & species. Vt supra.

Iam supra ex Theoph. diximus, quæ sit Malorum eius Medicorum utilitas. Diosc. malum Medicum in vino bibitum venenis resistit, aluum subdu-

subducit: decocto aut succo colluto suauitatem oris facit: estur verò maximè à mulieribus contra malaciam, quam picam vocant. Arcis quoque uestiariis impositum eas ab erosionis vitio vindicare creditur.

Malacia.]

Temperamentum.
Gal. sterfo
emend.

Galeno Mala medica in semine (χρῆσις τοῦ σπέρματος) succosam medullam, semina ambientem intelligimus) quidem vincentem habent qualitatem acidam & siccam, vt ipsum tertii sit ordinis resiccantium refrigerantiumque: in cortice verò itidè desiccationem temperiem sunt sortita, non parum tamen habentem acrimoniæ: Proinde desiccatur hic secundo excessu, non tamen frigidus est, sed aut temperatus, aut paulò infrà.

Cortex Aetio in tertio excessu excalescit, desiccaturque in secundo. Variat tamen calor corticum pro ratione amaritudinis: estque Aranciorum ceteris calidior: Citriorum temperatior.

Porro caro Mali medici, Galeno crassi succi est, & pituitosa [id est pituitosum humorem generans] frigidaque. Nam & ipsa editur sicut & cortex. Semen omne edineptum est, tum humidum illud & acidum, de quo modò dictum, & nucleus qui in eo inuenitur, id quod reuera semen est. Hic amarus est, & digerendi videlicet siccandique facultatem obtinens, secundo quodammodo ordine à temperatis recedens. Folia denique exiccandi ac digerandi vim obtinent.

Semen.

Folia.

Venena.

Plinio Citrea contra venenum in vino bibuntur, vel ipsa vel semen. Faciunt oris suauitatem decocto eorum colluto, aut succo expresso. Horum semen edendum præcipiunt in malacia prægnantibus: ipsa verò contra infirmitatem stomachi, sed non nisi ex aceto facile manduntur. Item alibi: Citreis odor acerrimus, sapor asperimus: Rursus alibi: Malum execratum aliquibus odore & amaritudine, aliis expetitur, quò sanè verissimè esse, Nobiliss. matrone à Ryschach exemplo nobis compertum, quippe quæ diuturna ventriculi imbecillitate & nausea vexata, pro remedio, quod illi opportunum & salutare (nec sine ratione & experimento quotidiano) putabamus, corticis citri vel crudi vel conditi, non aliud ei præstantius vomitorium fuit: quippe cuius vel odore solo nausea concepta, paulò post multoties eruperit in vomitum. Quod de semine ait Plin. aduersus Malaciam: id de succo potius aut cortice intelligendum, ex Diosc.

Malacia.
Stomachus

Experimentum variis
et mirabilis
antipho-
bia.

Calor stomachi.
Impetigo.
Cardacia.
Vomitus.
Alus fluxus.
Tristitia.
Nexa.

Serap. ex Aben: Magna vis carnis citri ad restringendum calorem stomachi: succi illius, impetigo tollitur. Eiusdem decoctum cardiacæ confert, appetitum excitat, incidit bilem flauam & crassam, vomitum compescit, fluxumque ventris. Calorem hepatis restinguit, & à proprietate quadam tristitiam abigit, præsertim eius syrupus. At succus eius pulmone nocet & neruis, propter nimiam suam acetositatem. Grana resistunt venenis drachmæ pondere sumpta ex aqua repida, & loco infecto imposita. Ventrem etiam emolliunt.

Porro de Citri seminis temperamento sibi nequitiam constare videtur Auic. quod lib. 2. suæ medicinae, calidum: ad in comment. de viribus cordis frigidum & quidem in tertio ordine facit. Dicendum: illum priore loco locutum de seminis inuolucro: posteriore de nucleo quem tamen non temerè frigidum dixerimus tantò minùs ordine tertio. Attamen sic quidam euadendum censet Auicennistis, quos vocant. Alii Corticem Citri calidum dicunt ordine primo, siccum in fine secundi, in quo à Gal. dissentiunt, qui temperatum dicit, aut certè temperato proximum. Monard.

Auic. not.

sanè semen calidum dicit in tertio gradu, & communem theriacam aduersus venena, acidum verò succum frigidum & siccum in tertio: robur addere Cordi, & scorpionum, serpentumque ictibus & morsui resistere. Cum lingua in tantam molem increuerit, vt ore retineri nequeat, fricanda est citriorum acido succo, aut Malo punico, donec multa salina defluerit. Citri cortex est ex veris theriacalibus & latificantibus, cui accedit flos & folium, sed subtilioris sunt substantiæ. Caro Citrorum inflat, sed folia inflammationem compescunt. Quare cum paulò tardioris sit digestionis, satius conditam fumere: Etsi verò cortex quoque difficilius coquatur ob suam duritiem, additus tamen cibariis cococtionem adiuvat. Qui citrum deuorare vult, solum comedat per se, & extra alios cibos. Qui ad colicum dolorem procliues sunt, caueant ab eius succo. Ex eodem factum Collyrium Icterus oculorum obstergit. Acidus eius succus nocet quidem sed in syrupum concinnatus, prodest gutturi & pulmonibus: subaudi, pituitoso infarctu oppressis. Incidendo enim sputum & blennam excretu faciliorem reddit. Succus acidus Citri Ictero confert, & choleram morbum sedat. Semen hæmorrhoidibus confert, in quo etiam est vis purgantis: succus corticis viperæ morsibus aduersatur bibitus: ipse verò etiam cortex emplastri forma impositus.

Colicus
dolor.
Icterus
oculorum.
Pulmones.

Icterus.
Hæmorrhoides.
purgans.

Historia
experimentum
Citri
aduersus
Venena.

Athen. experimento iam dudum innotuit, sumptum Citrium antè quoduis alimentum, siccum pariter & humidum omnibus venenis resistere, quemadmodum se satis nouisse scribit, à suo ciue id edoctum, cui Aegypti mandata fuerat administratio. In maleficio deprehensos quosdam ille ad serpentum morsus damnauerat, quos oportebat eius nodi bestiis obici. Productis illis, & ad theatrum euntibus destinatum latronum supplicio, in via fortè caupona quadam misericordia commota, quod in manibus tum habebat, Malum Citrium dedit. Acceptum verò illi comederunt: & paulò post ingentibus ac ferocissimis anguibus oblatis, commorsique ab aspidibus, nihil læsi sunt: qui tandem cum illorum custodem militem interrogasset, num quid bibissent aut edissent, vt id comperit quod acciderat, nimirum absque dolo Citrium illis traditum fuisse, postridie alteri rursus dari iussit, alteri minimè: percussus hic confestim perit, illæso altero qui Citrium comederat. Indeq; multis & expertis cognitum est Citrii aduersari venenis omnibus. Quod si quis Citrium integrum, & quale natura est, cum semine, in Attico melle coquat, donec liquatum tabescat, & eius liquoris matutino tempore haustulum summat, tutus erit à venenatis omnibus medicamentis.

Scribit etiam Theopompus Clearchum Heracleotum Ponti tyrannum infinitis veneno sustulisse, sed longè plures, si populum præstantis Citrii vis latuisset. Ex quibus patet Citrio præcipuam esse ad arcenda venena facultatem, quod ad futura, non etiam iam sumpta quidam arbitrat: alii contra: vt perspicuum sit amuletum, & præsentissimum contra iam ebibita. Rei veritas solo constare potest experimento.

Aduersus
venenata
medicamenta.

Igitur cum vino contra venena bibitur, vel semen ipsum, præsertim verò contra scorpionum ictus, & etiam appositum, vt dictum. Per se menses educit, sed embryonem in matrice enecare creditur. In aqua decoctus cortex, pedibus in tumore vtiliter additur. Arcet pestilentia contagia omnia quocunque modo usurpatus. Proinde recentiores medici ad febres pestilentes syrupis ex iis confectis, præsertim ex Citrio, feliciter

Scorpionum
ictus.
Menses.
Embryo.
Feb. pestil.

Syrupus acetos. Citri
Syr. de cortice Citri.
vtantur, Syrupus de acetositate Citri inflammacionibus & aestibus succurrit, & valet ad omnes morbos biliolos, & qui aliquam malignitatem praeferunt, & ad sitim extinguendam. Est etiam alter non incelebris Syrupus qui est corticibus Citriorum aut Limonum conficitur, cuius usus est ad cerebri & cordis affectus frigidos & pituitosas aegritudines. Pro quo, si desit, Citriorum conditura uti poteris, quae & facilius stomacho obedit, quam cruda, ventriculumque nihilominus corroborat, quamuis in cibo Itali cruda praefertant, praesertim cum carnibus assatis esitata. Condiendi modum cortices postea docebimus.

Limonia
limonia comp.
Limonia verò cum gustu omnibus reliquis speciebus sint acidiora, idè succo & frigidiora & sicciora esse probabile est. Valent ad eisdem usus, ad venena tamen, ut minus efficacia, ita ad aestuantes morbos potentiora habentur. Et hos quidam comedunt, sed integra & asperso multo saccharo, sed neque haec facile obediunt coctioni, quia cortice quam ipsa Citria sunt duriore, licet multò tenuiore. Condiuntur & parua integra ad varios usus, etiam medicinales.

Conditio.
Syrupus.
Syrupus de succo Limonum magni fit ad calculum & obstructionem renum, item ad sitim & aestum, in febribus ardentibus. Cordi robur addit, praesertim verò officio ventriculi, bile quacunque obfesso: idè que haud infelicius imbecillitates, lipothymias, fluctuationes, vomitus & singultus, febribus ardentibus superuenire solitis curat.

Arancio
arancio comp.
Arantia, quia diuersi sunt gustus, diuersarum quoque esse virium censendum: dulcia in omnibus partibus excalescunt, ceterorum verò succus refrigerat: acidum non editur. Paulus tamen, & Aetius Antiquos succum tantum deglutire, & corticem ore solum detinere, & carne vesici solitos, scribunt. Nos verò hodie acidorum succo tantum utimur ad delicias, cortice verò ad obsonia.

Syrupus Arantiorum
Syrupus Arantiorum
Tantò calidiorem corticem Aranciorum esse statuendum, quanto ceteris gustu amarior deprehenditur. Paratur & ex horum succo Syrupus: & cortices condiuntur, verminantibus pueris optimi futuri, nisi amarorem respuerent. Semina quoque utiliter iisdem dantur. Ex semine terrae commisso arbutusculè primo anno prodeunt, quae in acetarii modum comestae, admodum palato sunt gratæ, ventriculum insuper corroborant, & appetitum excitant, auctore Dod.

Acetaria ex foliis
Ventriculorum
ad hamorrhoid.
Ad acerbissimos hamorrhoidum dolores mirabile est experimentum Amati, & est tale. Arancium excauatum oleo rosaceo & pseudonardi seu lauendulae diætæ semine reple, & ad cineres calidos tepesfactum applica, & saepe in noua, & est mirum. Succus ex Aranciis dulcibus expressus, potu somnum prouocat, potissimum verò cum succo violarum in Pleuritide & similibus morbis calidis.

Somnus.
Florum & Jus & gutt.
Stillatitius quoque liquor ex floribus Aranciorum paratur, raro aut nunquam serè ex aliis. Aranciorum quippe flores odore primi, pomorum Adami secundi, Limonum tertii, Citriorum semper ultimi, ut scribit Aug. Gall. quod mirum. An quia nobilior pars abit in fructum? nam & Citria ceteris odoratiora, si recentia. Ea multò suauissimæ fragrantiae, & praecipua diligentia fit Neapoli & Luca, ut testatur Camerarius, ubi Napha & Angelica aqua nuncupatur, aliis Napha. In officinis & à Medicis communiter aqua florum Citrangulorum appellatur, Lacunæ de Azahar. Ad multa utilis propter odoris fragrantiam. Hispani

infantibus in graui partu propinant, maximè eam pauillo aquae Pulegii. Sed in hunc usum longè efficacius est oleum è corticibus confectum, quod & cordi amicum est, & in multis morbis utilissimum compertum. Peltis tempore, uile est abluere faciem, manus, axillas, pudenda, aqua florum Citrangulorum: eadem & sudores mouet, auctore Platero.

Destillatur etiam aqua ex ipso Citrio pomo toto, gustu suavis, admodum cordi & cerebro conferens, cuius usus est in febribus putridis & malignis cum conferua acetositate Citri.

Huius semina ut & Aranciorum & Limonum cum cortice ad 40. vel plura comesta aluum soluant, quod & Diosc. notauit: & Brasauola in tractatu de purg. med. verum esse asserit.

Aqua verò quae è Limonum sicut & Citriorum succo per B.M. vitreis organis elicitur, excellens est ad decorandam mulierum faciem, quae plurimum vtuntur in Italia, in potu exhibita pueris lumbricos perimit, sed & extrinsecus vitiligines, vbicumque sint, & totius corporis maculas emendat, varos delet, & acaros interimit.

Syrupis admista in febribus acutis & contagiosis mirè succurrit, id quod etiam praestat succus recenter expressus, vnciae pondere potus, auctor Matth.

Flores Aranciorum sedulo decerpuntur ab vnguentariis ad varia odoramenta conficienda. Aqua verò, inquit Dalec. quae inde elicitur ad pestilentes febres cum exanthematibus corpus obsidentibus. Nam sexunciarum pondere hausta, putres humores ab internis ad exteriora attrahit, per sudores, quos valenter euocat, cordique plurimum confert. Succus Limonum ex vino Cretico haustus mirificè calculos pellit. Aliqui succum Aranciorum vino commiscunt, ita citius inebriare credentes.

Porrò ex historiis Navigationum discimus ad Scorbutum hodie in Indiam nauigantibus nullum praestantius remedium malis Aurantiis & Citriis, ut quidam etiam solo esu crudorum diuturno curati perhibeantur. Quidam cortices Aranciorum praescribunt ad furfures & lendes. Monard. Nonnulli tanquam magnum arcanum, aquae stillatitiae florum mali Aurantii tepidae quadrantem praebent: nam vomitum prouocat, & occulta facultate veneni vim extinguit. Insigniter uile aduersus venena Aranciorum in Citro insertorum semen.

Porta Neapol. noua sua philosophandi ratione, vult mala Medica, potissimum Citrium idè potissimum ad cordis aegritudines prodesse, quod eiusdem figuram representet: Item quod imitetur superfætationes leporum, idè eorum virtutes esse mutuas: denique quia flauis sint cortices Citriorum & Aranciorum, idè flauam bilem restinguere. At mehercule, si quia flauus est restinguit cortex, ipsa eiusdem pars, quae maximè flaua, maximè restinguet, quae cum sit acris & amara, non nobis persuadebit Porta bilem restinguere.

Oleum quod ex Citriorum & Auranciorum corticibus exprimitur forte est, ut Auic. scribit, nos igneae penè qualitatis esse comperti sumus, quod facile patebit ei qui corticem recentem iuxta candelam presserit, ut exilient guttule instar rotis, videbit, strepitum & scintillulas flammearum exitari ac si puluerem sulphureum adhibisset. Sunt qui exilliment eodem modo expressos cortices in oculos, clarificare visum. Sequitur quidem dolor breuis, sed mox oculi clariores.

Purges.
Diuresis
resoluit.

Aqua Citri.

Purgans.

Aqua Limonum.
Fucus.

Impetigo.
Macula.
Febres.

Exanthemata.

Sudorifica.

Calculus.
Ebricitas.

Scorbutus.

Furfures.
Auranciorum aqua
vomitum mouet.
Semen aduersus veneni.

Vires Citriorum & figurae scintillulae.

Porta neap.

Oleum citri.

Claritas visus.

Oleum florum res, & visus penetrantior reddi videtur. Oleum factum ex floribus debilius est ad omnia, ex eodem Auic. quod tamen hodie ferè non est in vsu. At oleum ex corticibus Arantiorum extortum, & Citriis stillatum necandis lumbricis & teredibus idoneum, teste Oliuo in Musæo Calceolarii.

Vfus Olei Corticum Lumbrici. Fiunt & ex tenellis deciduisque Arantiis globuli, qui vel ornatus vel odoris gratia de collo suspenduntur, quod frequens hodie in Gallia, vbi à fœminis omnis penè conditionis gestantur. Scribit tamen Dalechamp. Pomorum Adami succum ad ea omnia valere, ad quæ Limonia, quâuis minore efficacîâ. Peculiariter autem valent ad Scabiem, si per medium secta, & tenuissimo pulvere aspersa, deinde cinere feruente calefacta, corpori scabioso affricentur.

Foliorum Citri & Vfus Folia Malorum Medicorum siccandi discutendique vim obtinent: quamobrem variis medicinis addi possunt, vel per se vsurpari, vbi tales vires postulantur.

Rosatum ex foliis Citri. Palladius Rosatum fieri docet sine rosa, hoc modo. Folia citri viridia sperta palmae missa in multi nondum feruentis vase depones, & claudes, & exemptis quadraginta diebus melle addito, ad modum rosati, cum placebit, vtêris.

Restat vt modum condiendi Citria breuiter doceamus. Condiuntur autem Limones ferè integri, sed minores: Caro Citri: Cortices Citri, & Arantiorum: Arantia integra: flores Citri & Arantiorum, sed hi prævalent. Citrium exempli gratia sic condiatur. Recens per longitudinem in quatuor partes sectum, mundetur ab acetositate & semine. Cortices macerentur in aqua addito sale crasso, per dies septem: ita salis vi & acrimonia quasi constrictiores apparebunt: hinc demta omni faldedine & ablutis, affundatur alia limpida & dulcis, sepè mutando, & gustando donec perfectè dulcorentur, omnisque faldedo abierit.

Tum accipe mellis boni, part. j. aquæ, part. ij. eâ quantitate vt coeperiantur cortices, & in vase terreo, sed vitreato docoquantur, igni lento, horis duabus: deinde eximantur cortices & refrigescant. Sequenti die ebullito & despumato prius melli prædicto iniiciantur rursus, & ferueant bullitione vna & recondantur in vase cum luto Syrupo, qui ad perfectionem coctus esse debet. Hunc modum præscribit Auicenna, & eiam aromata addit: habetque etiam alium modum, isto laboriosiore, cum Saccharo & melle, prius in aqua à frigore hyemis aliquandiu gelatis corticibus, quem consulat Lector, si volet. Commendat ad debilitatem stomachi, & ad iuuindam degestionem. Hodiè ferè condiuntur Saccharo clarificato, cum Syrupo & absque eo: priores cortices conditi simpliciter: posteriores, Cortices conditi sicci à seplastariis appellantur, eodemque modo & Limones, & Arantiorum cortices condiuntur. Horum speciatim vsus præstantissimus ad quasuis frigidas affectiones stomachi.

Condiendi Citria modus. Cum Monspelii ageremus, obseruauimus naues Aurantiis onustas aduectas, & multè minori pretio diuenditas, quàm vulgaria Mala. Aliquando 24. pro vno asse regio coemimus. Lugdunum quoque tanquam ad celeberrimum totius Gallia Emporium magna copia conuehantur ac inde in varias prouincias distribuuntur. Quum redundat vel corumpi incipiunt: cortices detrahunt pro bellariis saccharatis: succum diuendunt tinctoribus ferici: eo enim veuntur sicut & succo Limonum. Huic tanta vis, vt corallium etiam dissoluat.

Debitas stomachi. Succo Aurantiorum scribuntur literæ occultæ, quæ igni admotæ manifestantur. Limonum acido

Stomachus frigidus. succo tam elegantem purpuram conseruæ rosarum conciliabis, vt nihil supra. Variat & in eandem elegantiam conseruam florum Violarum, aliorumque diuersorum, vt quisque pro libitu experiri poterit.

Litteræ occultæ. Cum ego [Bauh.] iam ante 40. annos in dira & sæuissima illa peste quæ Lugduni 5000. hominum extinxit, publico stipendio medicinam facerem, & frequentissimè Mala Aurantia præscriberem, horumque succum, tanta eorum antonæ caritas oborta, vt singula testili carius, terna aut bina etiam non raro aureo diuenderentur.

Vidit Ioach. Cureus Venetiis succo Limonum, lignum Indicum, Guaiacum appellatum, emolli, vt ex Saccharo deinde condiri posset. Idem quoque succus calculos renum potenter frangit. Antiquitas (ex sententia Manard.) non vescebat Citrio, sed odoris causa in vsu erat, & magnâ hominum curâ ex acri dulcem cibum fieri docuit. Alexipharmacâ etiam virtute pollet, quanquam Marcellus dubitet an semen, aut pomum sit: quoniam Dioscor. relatiuum, tam ad semen, quàm ad pomum refertur, sed Plinii doctrinâ monitus, tam femini, quàm pomo attribuit virtutem. Theophr. verò totam vim integro pomo assignauit, cuius vestigia Paulus secutus est: Contra omnia venena est præsentaneum remedium, & contra ictus animalium venenatorum. Ad diuersas regiones propter remedii præstantiam deuenerant Citria, & cum non vescerentur propter odorem, medicamenta tantum erant in vsu, quod Plutarchus retulit & Athenæus affirmat. Tunc enim inculta erat arbor & maximam amaritudinem & acetositatem Citria habebat, vt non absque ratione Solinus Plinii simia, miræ amaritudinis esse scribat, quod homines magna cura peruerterunt, & Constantinus Cæsar docuit: nam in ouillo lacte semina, priusquam ponerentur, maduerunt, sic autem ad dulcedinem mutata sunt. Et non amiserunt in totum suam amaritudinem, nam cortices huius primi, intensam amaritudinem adhuc possident. Non autem omnia Citriorum genera amaritudinem intensam nobis habere videntur, quinimò scribunt de Arantiis, quibus cortex dulcis in Zela Insula.

Limonum succus durissima corpora emollit.
Odor Citri Veteribus commedatus non citibus.
An Virtus Alexipharmacæ in pomo vel semine.
Vires contra Venena

Amaritudo insignis quomodo mutatur.

DE CARCAPVLI

C A P. XXIX.



Egressi ex Descripte Hortis & viridariis Europæis, Exotica Pomaria quoque spectemus. Primò sese similitudinis cuiusdam prerogatiuâ offert Carcapuli, quæ (autore Acolta) vastæ magnitudinis arbor, fructum ferens Malo aureo, cui cortex exemptus sit, magnitudine & forma similem, ex grumis omninò

Stomachus frigidus.

Cortex.
Sapor.

constantem, [sed non separabilibus ab inuicem, vt in malo Aureo] tenui, læuique & splendenti cortice tectum, non admodum sicco, colore pallido, at vbi maturuit aureo: gustu admodum austero, sed quadam adstrictione grato.

Carcapuli Malabaribus, Garcapuli Canarinis, Costæ ex quo & Histor. Lugdun. habet, in appendice.

Nomina &
Synonyma

Locus.

Vires. &
Virs.

Ad proflu-
uia.

Cibus.

Appetitus.
Ad oculos.
Ad secun-
das.

Ad gene-
ras lactis.

Partus.

Suffusio.

Locus.

Arbor.

Differen-
tiæ.

Bry fratres in iconibus Indiæ Or. Carcapuli, inquit, in Insula Sunda crescit, fructus est suavis, magnitudine Cerasi. Ergo differt Carcapuli eorum ab hac, in eo, quod fructus dicat magnitudine tantum Cerasi: verum figura eorum quam proponunt, non multum differt ab hac.

Eo vtuntur [addit Acoſta] in cibis, magna apud incolas illius est laus in curationibus: sed inter omnes, quæ experientia comprobata sunt, primas obtinet profluuii alui cuiuscunque generis constrictio, in iis præsertim qui nimio Venereis vsu hoc malum contraxerunt. Editur verò aut ipse fructus maturus, aut eius fructus cum oxygala sumitur, aut illius exiccati puluis. Cum oxygala autem mixtus & cocta oryza, mirificè appetitum deiectum reuocat. Vtilis etiam est eius succus, & exiccati puluis, in oculorum caliginibus & suffusionibus. Familiaris est fructus puluis obstetricibus, puerperis enim exhibere solent ad pellendas secundas, & ad purgationes, atque lactis vbertatem præstandam: tum etiam ad facilitandum partum, magna, vt aiunt, efficaciam. Succus eius cum aliis plantis mixtus, vngui maioris digiti pedis imponitur, eodem latere quo quis aut caliginem, aut suffusionis initium in oculo habet, vtilèmq; esse perhibent. Transfertur hic fructus sicus ex Malabar in alias Prouincias.

Carcapuli fructus, teste Linschott. in Iaua ad litus Sunda crescit, aliquot intus continens lapillos. Gustu est admodum austero, magnitudine Cerasi. Ipsa etiam arbor Ceraso nostro similis est. Huius fructus, eodem authore, variae sunt species & differentiae. Aliqui enim sunt albi, aliqui spadicei, aliqui incarnati, qui præ cæteris gustu sunt commendabiles.

MELO CORCOPALI: ARBOR

CYDONII FACIE.

CAP. XXX.

Descriptio

Corcopal Indiæ Prouinciæ est, in qua Cydonii magnitudine & foliis arbor prænantem gerit fructum, Melonis figura, eodemque sulcatum modo. Intra quem terna quaternave grana acinorum vix facie, acore Cerasi. Melo hic & edendo est, & ad medicinas vtilis.

Grana.

Corcopal.

Virs

Theuetus in Promontorio Comari fertilissimo tradit arborem Malo Cydoniæ magnitudine & foliis similem, cuius fructum *Corcopal* vocant, esu gratissimum, gustu suauissimum, quo etiam ægrotantes vtuntur, quia prauos humores per aluum expurgat. Hist. Lugd. Melocorcopali Scaligeri vocat. Verum considerandum relinquimus an hæc arbor non sit eadem cum prædictis.

ARACYNAPPIL, AVRANTIIS

PARVIS SIMILIS FRVCTVS.

CAP. XXXI.

Descriptio

Inter fructus Exoticos Ill. C. V. Virt. fel. record. Stutgard. 1608. fuerunt duo fructus vterque

perforatus, transmissumque filum, appendebat scheda, cui erat inscriptum nomen manu D. Paludani *Aracynappil*, quod si non fuisset appensum, ego nihil aliud iudicasset, quam parua mala *Aurantia*, sunt enim eo modo orbiculares rugosi & nigricantes, sapore eodem. Maiorem referuauit, minorem reliquit Ill. Principissa.

AVRANTIO SIMILI FRVCTV ARBOR.

CAP. XXXII.



PAlmaris [teste Clusio Exot.] ramulus anno 1595. visus apud C.V. Paludanum, è regione Nigritarum allatus, quadrangulus, rugosus nodis distinctus fragilibus, bini semper ex aduerso innascebantur huic ramulo surculi, sustinentes breui crassoque petiolo fructus è calyce veluti quatuor squamis constante prodeuntes, vncialis vt-

plurimum magnitudinis, orbiculatae formæ, rugosos, nigros, instar Arantii parui resiccati: intus plenos fungosâ quadam pulpâ [cui commixta parua nonnulla grana penè vt in ficibus] adstringentis initio saporis. Nulla porò in eo ramulo foliorum vestigia apparebant, vt dubitari possit an hæc arbor ex illarum sit numero, quæ pediculo siue ramulo *deillo* suos flores & fructus proferrunt, vt aromatici caryophylli.

FRVCTVS BRAS. OVALIS FIGV- RÆ INSTAR LIMONIS.

CAP. XXXIII.

FRuctum ex Brasilia allatum asserbat Paludanus, vt testatur Clusius Exot. l. 2. c. 7. penè ovali figura, instar mali Citrii seu Limonis. Superna tamen parte magis mucronatus, tres vncias longus, eius ambitus sex vnciarum erat: duro lento tamen cortice præditus, intus verò pulpa nigra continebatur, quæ propter vetustatem in pollinem prorsus resoluta erat. Cæterum hunc fructum lectum fuisse arbitror, antequam maturitatem adeptus esset, quando quidem rugoso erat cortice, plerisque locis veluti in lacunas contracto.

CITRA INDIS LIGNVM.

CAP. XXXIV.

FRustula olim ad nos misit Coldenbergius, ligni arboris, quæ *Citra* Indis nominetur, pectinibus

nibus contexta Faginis, transuersis micis interlucentibus, odora, colore subrubente, sapore non-nihil aromatico, cum quadam falsedine, quam accidentariam suspicamus.

An Citrus
Veterum.

Idem Coldenbergius disquirendum proposuit, num esset Veterum Citrus arbor, qua mense parabantur, de qua nos infra suo loco. Huius verò odor & nomen hunc locum flagitabat.

PIRI FACIE AGNACAT,

Descriptio IN ea Indiae prouincia, quæ sub terra Laboratoris est versus Isthmum Dariem, arbor est Pyri facie & magnitudine perpetuo folio viridissima, nitidissimaque superficie. Fructus quoque Pyri specie, sed colore viridi, etiam cum maturus est, medulla intus concolor, dulcis, pinguis, butyri sapore. Validos aded efficit ad coitum, vt propius miraculo sit eius efficacia. *Agnacat* illi nomen est, Scalig. exerc. 135.

Ad coitum.
Agnacat.

MANGOSTANS.

CAP. XXXV.

Descriptio INTER celeberrimos fructus Indiae recensent incolæ quendam, *Mangostans* nuncupatum, gustus suauitate commendabilem. Eum exigui mali aurei magnitudine esse ferunt, cortice cinereo, [alii è viridi nigricante] pulpâ, quæ Malorum aureorum pulpæ similis sit, sed quæ cortici non adhæreat. Nascitur hic fructus in pusilla arbore, Malo vulgari simili. Foliis est Laurinis, floribus luteis. Hunc fructum dulcissimum esse perhibent, non tamen aded vt sua dulcedine nauseam moueat. *Garcias* & *Clusius*.

Arbor.
Folia.
Flores.
Sapor.

MOGORI FLORES, ODORIS
FLOR. MALI AUREÆ.

CAP. XXXVI.

Descriptio CLASSI suæ quoque debentur, quæ respectum & cognatione habent. Tales sunt flores Mogori dicti Indis Mali aureæ floribus multo odoratiores, quorum stillatitius liquor eundem apud istos vsus obtinuit, quem apud Hispanos florum Mali aureæ aquæ.

Vsus

CHAMPE FLORES INDICI.

CAP. XXXVII.

Odor. ET quoniam florum incidit mentio, dicantur & hi: quorum in Indiis magnus vsus, Champe vocantur, odore grauiori quam Liliū album, ex eodem: qui forma aut stirpem cui innascitur non describit. Sunt verò odoribus aded dediti illius regionis incolæ, vt plerumque cibo absterneant, quod habeant vnde odores sibi comparare possint: ideoque non immerito, inquit *Garcias*, proniores in venerem esse censetur. Munera quæ à tenuioribus offerri solent Regibus, prædicti sunt flores, & Ros nostrates, quibus solent cubacula Regis insternere.

Indi odoramentis distinctissimi.

Vsus

TIANCHE FLOSCVLI INDICI.

CAP. XXXVIII.

Flosculi autore *Clus.* Exot. delati par Batauos ex navigatione prima in Ianam, qui an in arbore nati essent, an in aliqua alia planta me latet: sed charta, in qua inuoluti erant, *Tianche* inscriptionem habebat: candidus ne verò an flauus fuerit flos, dubium, nam ex resiccato difficilis erat dignotio, præsertim tam breui momento pereunte natiuo colore: calycem autem habebat è quatuor veluti squamis compactum & breui petiolo præditum, in quo flos erat quatuor foliis longioribus & calycem superantibus constans, angustioribusque quam calycis squamæ, decussatim compositis, protuberante in medio umbone, vt in malorum aureorum & citriorum floribus: odor [si quem habuerat] euanidus, quemadmodum & sapor, propter siccitatem: ab incolis tamen in aliquem vsus adseruatos fuisse, verisimile est.

Descriptio

ARBOR VIOLARVM INDICA.

CAP. XXXIX.

Arbor est Indica, & flores fert, exoticis itaque, coronariis accensenda, ex *Garcia*. In India Pharmacopolæ Violarum loco vtuntur floribus cuiusdam Arboris diuersæ planè facultatis à nostris violis, quorum tamen vsus non admittit *Garcias*, nisi in iis medicamentis, quæ foris applicantur. Syrupum verò violaceum eorum loco confici iubebat è violis conditis ex *Ormuz* aut *Lusitania* delatis. Plura de iis nondum comperimus.

Vsus

succedaneum.

DE BELI SEV SIRIFOLE BENGALENSIVM: CYDONIA EORVM-
dem *Garcia*.

CAP. XL.

Fructuum ita Bengalensibus dictorum arbor, est magnitudine Oleæ, aut amplior, foliis Persicæ mali eiusdemque odoris, floribus paucis & statim deciduis: fructu per initia tenero, colore ex viridi nigricante, cortice tenui, magnitudine exigui Mali aurei: sensim verò maturefcens fructus auctior fit, donec plenam iam maturitatem consecutus, in Cydonii mali magnitudinem euadat. Cortex autem densatur, exiccaturque, & indurescit, veluti putamen Nucis Indicæ, quam Coccum vocant. *Garcias*.

Descriptio
Folia.
Flores.
Fructus.

Appellauimus, inquit idem, hunc fructum *Lusitanica* Lingua, *Marmelos de Bengala*, id est, Mala Cydonia è Bengala: quoniam saccharo condita primùm ad me perlata sunt è Bengala, cum hac inscriptione: Vtilia sunt aduersus alui profluuium. Ceterum legitimum huius fructus nomen tum in Bengala, tum in reliquis, vbi prouenit regionibus, est Sirifole & Beli: Sirifole quidem nomine vulgo cognitus est: Beli verò appellatione medicis duntaxat, qui in suis scriptis hoc vocabulum sese inuenire aiunt. Intellexi autem ab amico qui frequenter in proximas sylvas venationis causa excurrit, hunc fructum non modò in Bengala nasci, sed eius multas arbores in continenti huius prouinciæ inueniri. *C. Durantes* quoque *Mar-*

Nomina
synonyma.
Marmelos
de Bengala.
Mala Cydonia.
Alui profluuium.
Sirifole.
Beli.
Locus,

erififolus. melos de Bengala, Berififolus & Cotognos Bengalenses vocat.

Vires & vsus. Fructu maturo pulpa siue medulla eximitur, quam in taleolas sectam saccharo condiunt. Aut tener adhuc & immaturus muria adseruatur in vsum. Solent Guzaratenfes Medici vti hoc fructu tenero adhuc & immaturo, aceto vel saccharo condito, in inueteratis alui profluuiis sistendis: adstrictionem enim illam semper conseruant, tamen si maturi. Retulit mihi [Garcia verba sunt.] clarissimus vir Dymas Bosque, Valentinus Medicus, rei herbaria peritus, se, cum castra Illustr. Principis D. Constantini in India pro Rege sequeretur in Iasanapatan, magno & admirabili successu vsum esse in profliganda dysenteria, quae vniuersum eius exercitum affligebat, cum ad manum non essent vsitata remedia. Etenim nunc ex huius fructu & saccharo, miuam parabat, quam aegris daret, nunc pulpam eius emplastri modo ventriculo & aluo applicabat: modò pulpam saccharo exceptam, vt in Cydoniis solet, aegris exhibebat: interdù fructum assum inperfo saccharo: nonnunquam cortices exempta pulpa decoquebat, atque id decoctum per clysteres iniiciebat. Similem verò effectum praebebant, qualem balaustrorum aliorumque adstringentium medicamentorum, quibus vti solemus, decocta praestare solent.

Alii profusina.

Dysenteria

Miuam.

Clysteres.

Observatio.

At silentio praetereundum non est, quod eadem castra sequenti contigisse refert. Dederat Seruo Aethiopi bina eiusmodi Mala assanda, vt cuidam militi dysenteria laboranti edenda praeberet: verùm dum assantur, crepuerunt: itaque pulpa Aethiopsis faciem, pedes & brachia sic adussit, vt puluere tormentario vsulatus videretur: quod contigisse puto ob pulpae lentorem & visciditatem simul & adstrictionem quae semel accensa vehementius vrit, quam sicca aliqua materia, quemadmodum ferrum incensum magis, quam lignum aut stupam vtere videmus.

ARBOR FRUCTVM MELONIS
FACIE PROFERENS.

CAP. XL.

Descriptio **C**elsa haec est Arbor, in Insula S. Mariae Indica proueniens, ex qua crescunt fructus, Melonis facie, cortice duro atque lignoso, plurima intus continentes grana, vilcida, lata, aluum cientia. Linschott.

GVAYAVA INDICA, FRVCTV
MALI FACIE.

CAP. XLI.

Descriptio **G**vayavas fructus, inquit Monardes, quem Indi & Hispani ita vocant, arbor est mediocri magnitudinis, ramis sparsis, folio Laurino, flore candido, Aureae mali floribus simili, aliquantò tamen maiore, odorato. Facile nascitur quocunque loco seratur, adeoque luxuriat & serpit, vt in terra vitiorum numero habeatur, nam plurimorum agrorum gramen quod depasturi essent greges corrumpit, nimio, vti Rubi, implexu. Fructus nostris Malis similis est, eorum magnitudine, quae ab Hispanis Camuefas vocantur, viridis initio, & per maturitatem aureus, pulpa interiore alba, interdum etiam

Folia.
Flores.

Fructus
Mali.
Camuefas.



rosca. Diuisus quatuor conca-meratione sicut vascula habere conspicitur, in quibus semina reconduntur, Mespilorum seminibus similia, colore fusco, durissima, omnino ossa, medulla & saporis expertia.

An de hac ipsa arbore Scal. ad Card. quando ait: Guaiuum Malorum nostrarum congenerem faceres

si notam habuisses. Est enim arbor, tum fructus, Mali facie: sed color fructui candidus, in quo semen nigrum, minutum, rotundum, eximit ipsum ex illarum natura.

Considerandum quantum differat etiam ab his fructibus, Mespilum Indicum Scalig. de quo ait: Corcopal Indiae Prouincia est, in qua Mespilum colore albo, Mali magnitudine. Quicquid etiam quaedam describitur, quae eadem videtur cum Guaiua, vt & Hist. Lugd. censet.

Varia, inquit Gomara, Guayauanos genera, eademque varietas est in fructu, qui plerumque Pomis Hispanicis, Camuefas appellatis, similis est, modò rotundus, modò alia forma, omnino viridis, foris coronatus vt Mespila, intus albus aut rubescens, in quatuor partes diuisus quemadmodum Iuglandes, & in singulis partibus multa grana continens. Maturus sapidus est, immaturus verò asper & adstringens Sorborum modo. In nimium maturo color perit & sapor, vermescque generantur. Clus. scribit Guaianae arboris ramulum ad semisse eruditissimum Simonem de Touar, addito ipsius arboris fructu, sed prorsus rugoso, & vt ille putat, immaturo, quem pluribus describit.

Idem Clus. apud Garciam. Fragosus tradit in sua Rhapsodia [& alii ante eum] in Guatimala fructum nasci Guayauas ab incolis nuncupatum, non minus adstringentem, quam praedicta Cydonia Bengalensis, eumque ad similem morbum [nempe dysenteriam, qui incolis eius regionis admodum familiaris est] propinari solere, sed prius tostum.

Petrus Martyr de rebus Oceani & noui orbis tradit Guaiuum Darienses colere, arborem quae fructum ferat Citiorum generi, quos vulgò Limones appellant, simili sapore, acri, dulci commixto. Dubitamus an Scaligeri sit Guaiua, quod minutum semen dicit in sua: An fortè eiusdem Mespilum sit album, iam supra dubitatum. Guayauos Gomar. Guayauas Monar. Guaiabos M. Fumec. Guaianus Benzoni, qui arborem tradit Perfici aut Armenii specie, foliis vt Lauri, sed crassis & longioribus, celerrimè senescere. Fructum eius Mespili similitudine, sed multò crassiorum, pendentem in arbore maturescere, nisi maturius decerpatur, vermes gignere. Hos fructus multa semina & grana clausa habere. Purpureos candidos praestare, & optimi saporis esse.

Linschot, refert, crescere in Insula Iauae, S. Mariae

Semina
Mespili.

Guaiuum.

Arbor Mali
facie.

Mespilum
Indicum ex
Corcopal.

Guayuanorum
genera.

Mespili facie.

Sapor.

Descriptio
rami Guaiuanae.

Nomina & diuersorumque authorum sententiae.

Descriptio
Benzoni.

Dele. M.

ria dicta, fructum quendam nostris Pomis similem, colore aureo, lapides intus continet quales Mespilorum.

Hist. Lugd. bis habet locis diuersis. Primò sub nomine Guaiua Scalig. secundo in app. nomine Guaiuas Indorum & Hispanorum.

Locus.

Vulgaris est per totam Indiam: fructus tam Indis: quam Hispanis celebrati.

Vires & Vius. Alui profluui.

Fructus edi solet, prius dempto cortice palato gratus est, sanus & facilis concoctionis. Viridis in alui profluuiis utilis est, nam valdè adstringit. Præmaturus aluum soluit, At medius, hoc est, neque immaturus neque præmaturus, si affetur, valentibus & ægris confert: nam ea ratione paratus sanior est, gratiorisque saporis. Præstantior autem is est, quem domesticæ & culte arbores ferunt. Foliorum decocto Indi vtiliter tumentia crura lauant: eodem Lienis obstructions tolluntur. Fructus frigidus esse videtur: Propterea febricitantibus affatus datur. Monardus.

Cruentus tumor. Lienis obstructio. Febria.

DE GVANABANO SCALIG.

CAP. XLII.

Descriptio

Guanabanus, qualem vidimus apud Ill. nostrum Princ. Virt. fructus est Cucurbitæ forma, cubitalis ferè longitudinis, pugillaris crassitudinis, cuius cortice Cucurbitino minimùm duro detracto, medulla in conspectum se dat, ex albo tantillùm pallefcens, non ingrata aciditate prædita, in puluisculum vetustate fatiscens, cui semina immerguntur pertinaciter hærentia, turgidula, renum figuram imitata, cortice si vngue radatur obducta nitidissimo, coloris nigri, quibus nuclei insunt candidi, callosi, saporis strobili dulcis, tenui pellicula obuoluti. Cæterùm grana adhuc medulla inuoluta, filis appenduntur tenuibus, quanquam semina sola nequaquam obseruauimus fibris illis annexa.

Cortex. Medulla.

Semina.

Nuclei. Sapor.

Descriptio Arboris. Folia Arantii.

Arborem, inquit Alpinus de Baobab, quæ hos fructus fert, vidi in quodam viridario, foliis magnitudine ac figura Arantii valdè similibus.

Scalig. ait suam Guanabanum arborem Pini stipe, proceram, folio magno, oblongo. Fructum Melonis magnitudine, Cortice coloris viridis, splendore Cydonii, digitalis crassitudinis: Carnem intus candidam, dulcedine lactis coacti, semina continere saleolacea.

Nomina & synonyma. Guanaban. Baobab. Bahobab. Cucurb. arbor.

Bern. Paludanus, Medicus insignis, & omnis naturæ sine æmulo perscrutator sagax, fructum hunc misit Ill. E. C. Virt. cum hac inscriptione: Guanaban, Alpino dictus Baobab. Alpinus etiam Bahobab dici tradit, fructum magnitudine Citri.

An Cucurbita arbor Petro Martiri lib. de rebus ocean. & noui orbis? de qua ait: In Xaquara habet cucurbitæ arbores ad potus ferendi vsum. Eas vocant Hibuero. Benzo: Patere [inquit] in Nicaragua, quæ Cucurbitæ speciem est certis arboribus per omnem Indiam enascuntur: in saltationibus gestant cucurbitam lapillis plenam.

Tradit Osonius in sua Hist. Portug. Brasilianos piscatores pellere pisces in magnas cucurbitas cauas. Brasilianorum diuinatores terre cucurbitam cui facies humana: imponere ignem: herbarum vaporem excipere naribus, vnde quasi ebrui reddantur. De qua re vide plura in historia Nicotianæ. Considerandum verò an illæ cucurbitæ ad Guaiabanum sint referendæ.

Card. ro. preb.

Scaliger Guanabanum vocitans, Cardanum Tom. I.

reprehendit, quod non in duodecimum librum cum Mammæi fructu retulerit: item quod eius pulpam liquorem appellarit, scdo errore.

Gesnero. Guanabanus fructus forsan Scaligeri Coldenbergio. Scaligeri Guanabanum dicunt Lobel. Hist. Lugd. Scholasticæ historiæ arom. Ind. Guanabani medulla & semina Clusio, Ico. Plant. Idem Clus. apud Garciam, Guanabanum inquit, cuius meminit Scal. puto esse eum qui superioribus annis ex Aethiopiæ Mozambique Antuerpiam allatus est, fructus crassus &c.

Huic simillimum fructum describit Theuet. e. 10. lib. singul. Americæ, foliis tamen ab hoc diuersis. Sed & alium fructum apud Canibales Theuetus & alii tradunt, cuius historia non malè nostro (inquit Clus.) fructui quadrare videtur. Maraka & Tomaraka nuncupant de quibus nos postea.

Locus

Maraka. Tomaraka

An M. Fumee hist. gen. Ind. Gallicæ: Cucurbitæ in Nicaragua quæ maturefcunt 40. diebus, quarum magnus vsus viatoribus ad ferendam aquam?

Cucurbita arbor.

Porò Guauabanum ab Ill. nostro Principe E. C. Virt. cum aliis quibusdam exoticis dono accepimus. Item à Peritissimo stirpium Robino hortulano Regio, Lutetiâ. Alpinus scribit in Aethiopia nasci. Seuimus aliquoties, sed frustra. Clus. tamen ex satis plantulas foliis Laurinis similibus Antuerpiæ produisse scribit, quæ tamen subsequente hyeme perierint.

Locus & Tempus.

Bahobab fructus, Alpino, recenter ab arbore excisus, gustui admodum gratus est, in Aethiopiæ inflammatis locis, acido sapore, quem contemperant diuites saccharo: sitim valenter extinguit, multumque refrigerat. Ibi eo vtuntur ad omnes calidos effectus, febrilesque omnes putridas, præcipueque ad pestilentes, tum eius pulpam cum saccharo comedentes, tum succum expressum cum saccharo potantes, vel ex eo paratum syrupum accipientes. Cayri etiam quo loco recentes fructus non habentur eius pulpam in puluerem redactam vtuntur, quæ est veluti terra rubra, adstringenti acidoque sapore, gustum ferens qualis in terra Lemnia obseruatur: estque apud multos familiarissimus illius vsus ad pestiferas febres, tum ad sputum sanguinis, ad Lienteriam, Dysenteriam, cruentumque hepaticum fluorem, nec non ad vteri menses firmandos. Alii eiusce terræ in subtilissimum puluerem redactæ drachmâ cum aq. plantag. dissolutam, ad eadem exhibent, alii decocto, alii infuso vtentes. De eius succo eadem ferè scribit Paludanus in suis obseruationibus.

Vires & Temperamentum.

Syrupus

Puluis

Sputum sanguinis. Lienteria. Dysenteria. Menses.

ABAVVS AETHIOPICVS FRVCTVS BELLO. CAP. XLIII.

Fructum quendam peregrinum nomine Abauo famicus Cayro misit è Zeila Aethiopiæ emporio, extra Erythræum mare sito allatum: magnitudine mali Citrii mediocri, denso duroque cortice vt Cucurbita vestitus, nullis excurrentibus sulcis, sed tantùm extremâ eius parte mucronatâ, quâ arbori adhæret pediculo crasso & firmo, sulcorum rudimentum cernitur, in quibus lanugo quædam inest, quemadmodum in Cydoniis malis videre licet, reliquo corpore læuis: alterâ non in mucronem, sed in obtusam rotunditatem desinit, vt primo aspectu Cucurbita sicca appareat colore fusco: pulpam continet subrubram, friabilem, vt faciliè in pollinem resoluat, acidam, ori gratam, adstrictionis expertem, per quam sparsa sunt semina renibus animalium similia, seminum An-

Descriptio

Cortex Cucurbita.

Lanugo.

Pulpam

Semina

gyridis æmula, duro cortice, qui rubente quadam membranâ tegitur, quâ dempta, semina fusca, ad nigrum inclinantia, & splendentia cernuntur, intus medullam albam continentia, edulem, Auelanæ gustu: verùm semina ex umbilico fibris non suspenduntur [licet per pulpam multæ fibræ rectæ excurrant] vt semina fructus, quem tu Clusi [inquit Honor. Bell.] Guanabano Scaligeri similem ex Mozambique allatum spectandum proponis. Conuenire autem multùm mihi videtur cum fructu, quem Guanabano similem ex Theueti America describis folio Fici: sed hic longè minor est. Affinitatem etiam habet cum *Bahobab* ab Alpino descripto partibus internis, sed formâ differt: nam Bahobab vtrinque mucronatus est, pulpamque continet [vt ille scribit] non acidam tantùm, vt hic, sed adstringentem Lemniæ terræ instar, quæ nota in hoc desideratur. Plantæ ex semine enatæ descriptionem graphicam secundum omnes eius partes habet idem Honorius Bellus ex quo petenda.

Differentia inter *Abaunum* & *Bahobab*.

BAOBAB, SIVE ABAVI CLVS.

CAP. XLII.



Baobab.



Alpinus mor.

Descript.

Hic autem quem à perito pictore exprimi curabam, maior eo què exhibet videbatur, vt qui pedem Romanum longus esset, decem & sex vncias in ambitu crassus, sulcis quibusdam, sed vix

apparentibus, secundum longitudinem distinctus, iuxta pediculum minùs crassus, & in extimo mucronatus, cortice denso & crasso præditus, fragili tamen, si nimium comprimatur, & breui quadam lanugine, seu flore virescente [nisi vbi deterfus erat] obsito, triunciali pediculo, interdum tamen [quemadmodum in alio fructu longè meo minore obseuabam] cubitali, crassitudine digitali, valdè fibroso. Multos habebat hic fructus interna parte nervos, ab infimo, siue à parte quæ pediculo inhæserat, ad summam fructus partem excurrentes, & fibras in latera sparsas, inter quas pulpa siue substantia satis friabilis, alba, gustu acido, in qua latebant semina exilium renum formam referentia, duro fuscoque putamine teçta, nucleo albo, non ingrati saporis, prædita: sed & tenues quædam fibræ veluti cincinnati per albam illam pulpam sparsæ erant, etiam nonnullæ ipsorum seminum umbilico inhærebant, vt ex eis suspensa viderentur, quemadmodum in binis aut ternis huiusmodi fructibus obseruabam. An verò substantia illa siue pulpa quam continet, humida sit dum recens est, vt Alpinus suo *Baobab* tribuit, me latet, siquidem nullum recentem fructum conspiciere mihi hætenus contigerit: certè rubram esse non arbitror, cum in binis quos habui fructibus candidam & valdè friabilem repererim: verum quidem est, in vetustis magis fuscam esse, qualem in eo fructu quem C. L. V. Honorius Bellus *Abaun* nomine ad me postea mittebat, deprehendebam, sed omnium pulpa vt est friabilis, non lenta, sic etiam acida est. Itaque nihil mirum, si Æthiopes vtuntur ad extinguendam sitim, sitque utilis ad ea quæ Alpinus c. de *Baobab*, lib. de plantis Ægypti tradit.

Pulpa acida. Sem. renibus similia.

Ad sitim.

Alpinus fallitur.

Terra Lemniæ.

Folia.

Sed in eo quod pulpæ saporem, quem ipse acidum fatetur, cum terræ Lemniæ sapore comparat, fallitur, meâ quidem sententiâ: adstringit certè illa habetque omnes eas facultates quas ipse illi tribuit, aciditatem tamen nunquam in illa deprehendi, tametsi selectissimum, ab aliquot *Cæsarsis* Legatis, quos Turcarum Imperator, tali munere atque aliis, finitâ legatione discedentes prosequi solet, dum in Cæsaris aula viuebam aliquoties acceperim, Augerio Busbequio videlicet, Cardo Rimio, Dauide Vngnadio, & Sifrido Praynero, Friderici, [qui suæ legationis tempore Constantinopoli obiit] fratre, cum eius sarcinas recepisset: nec etiam vllam adstrictionem in huius fructus & *Abaun* pulpa percipiebam. Cuiusmodi potèd foliis sit prædita illa arbor in qua hic fructus natus, ignoro: diuersa tamen esse ab iis arbitror, quæ Alpinus suæ *Baobabifera* arbori tribuit & adpingit, nisi recens semine natam conspexerit. Nam Bellus *Abaun* plantas habuit semine natas, vt ex quarta epistola ad me data, apparet, quarum prima folia mali quidem Citrii foliis similia fuisse scribebat, nullo pediculo subnixa, at vbi caudex pedalem altitudinem nactus fuisset, in ramos spargi cœpisse, foliæque adquisiuisse longiorè pediculo prædita, & illa non singularia, sed inuicem bina, deinde terna, quaterna, & tandem quina ex eodem pediculo prodeuntia, quemadmodum in Pentaphylli, Lupini, Castanæ equinæ foliis videre licet, quorum medium folium reliquis maius est, deinde illi vtrinque proxima, reliquas notas ex prædicta eius epistola petere ne sit graue.

Et sanè, eius *Abaun*, ab hoc, quem exhibeo, fructu differre non arbitror, tametsi is quem illa appellatione ad me mittebat, extimam partem non mucronatam vt meus sed obtusam haberet: pulpa

pulpa tamē præter colorem [quia fortè vetustior] similis substantiæ, friabilis, & semina prorsus similia nec dissimili nucleo prædita: eius autem longitudo vnciæ octo cum semisse, crassitudo vnciæ duodecim.

Alia desc.

Sed alium eiusmodi fructum, quadriennio aut quinquennio potest à iam dicto Gæreto accipiebã, cuius longitudo vnciæ decem, crassitudinis ambitus vnciæ nouem duntaxat, vt etiam in eadem arbore fructuum magnitudo sæpe dispar: hic pulpam omnium candidissimam habebat, semina aliis similia pleraque (pulpa attrita & in pollinem comminuta) ad umbilicum à fibris dependentia.

Fructus similia.

Similem præterea fructum apud amicū conspiciebam è Gorgadibus anno à Christi natiuitate 1600. allatum, & à Lusitanis istic habitantibus, vt intelligebam, Calabacera appellatum, propter similitudinē quā cū cucurbita habet: sed is minùs crassus erat illo, quem propono, & graciliore mucrone præditus, non dissimilis illi qui in scholio ad caput 2. lib. 2. Historiæ aromatum Garcia ab orta pro Guanabano Scaligeri fortè positus: pediculi autem longitudo binos pedes Romanos æquabat.

Calabacera.

An porro affinis non est fructui eius arboris cuius Theuetus cap. 10. lib. Singularium America meminit his verbis: Tres sunt insulæ ad Aethiopyum promontorium, Caput viride vulgò appellat, in quarum vna, arbor inuenitur folio nostratis fici (an rectè obseruari folii formam nescio) fructu Cyprii cucurbitis haud absimili, duorum ferè pedum longitudine, & crasso. Nonnulli eo fructu vescuntur vt Melonibus: continet verò femina fabæ magnitudine, leporinis renibus similia. His quidam simias alunt, alii monilia ex iis collo aptanda conficiunt: siccata enim & bene matuta aspectu pulcherrima sunt. Ceterum Abano folia, qualia in plantis semine acquisitis, sibi nata, Bellus cum fructu ad me mittebat, in adposita tabella exprimenda curabam, singularia, gemina, quina, & illa quidem contractiore formâ, quàm natia quæ accipiebam.

Fici foliis arbor Theueti. Cibus hominum et simiarum.

quinque, sex, septem, plus, minùsque ramis hærent, ad quorum exortum flos singularis breuissimo pediculo hæret, quadrifolius. Succedit fructus instar Cucumeris, sed ventriosior. Alpines habeticonem satis similem plantæ nomine Baobab, de qua nos cap. de Guanabano egimus. Samaca tamen folia rotundiora.

ARBOR CUCURBITIFERA.

FICVS NIGRITARYM.

CAP. XLV.

IN insula quadam inhabitata, prope Caput viride dictum, arbor quædam crescit, folia habens no-



stratis Ficus similia, fructum longum, bipedaneum, aut citius, crassum ad proportionem, vt ad magnas longasque Cypri Cucurbitas accedere videatur. Quidam hunc esitant, haud secus ac nos Melones nostros. Intus semen est, reni leporino figura simile, magnitudine fabæ: Theuetus de Francia Antartica. Hist. Lugd. Synonyma

Ficus Nigritarum Theueto in America singularitibus, & Cosmographia: cui arbori similis ferè, sed folio valdè diuersa Ouedi Higuero. Eadem cap. de Guanabano Ouedi, hanc Guanabano Scaligeri simillimam dicit, foliis tamen diuersam: eademque & Clusius dicit, ante ipsam.

Quidam authore Theueto simias hoc fructu nutriunt: alii ex eo probè maturo ritè que siccato monilia collo appendenda conficiunt, præcipuè elegantia.

Descriptio

Folia.

Fructus.

Semen.

Synonyma

Ficus Nigritarum. Higuero. Guanab. Scalig. similia. Vfus.

SAMACA.

CAP. XLIV.

Descriptio



SAMACA nomine arborè Indiæ depicta, & tabulis æneis exsculptam, in hist. Indiæ orientalis exhibent Bry fratres. Sed præter figuram & nomen nihil habent: nec nos quicquam aliud de eo nomine apud quæquam obseruauimus. Fructus, qui arbori adpiëtus, Guanabani figuram representare videtur quâuis folia discrepent: quam ob-

tem hanc eidem descriptionem tantisper subicere placuit, donec aliquid specialius de eadem addiscamus. Folia sunt arboris Iudæ foliis similia,

Tom. I.

HIGVERO OVIEDI.

CAP. XLVI.



Higuero Ouedo arbor est prægradis, veluti Morus nigra fructu ferens Cucurbitæ rotundæ, interdum verò oblongæ similem. Ex eo pateras & alterius generis vasa conficiunt. Materie est robusta, atque apta sedibus, substelliis, ephippiis aliisque operibus fabricandis. Mali etenim Medicæ aut Punicæ

Descriptio

Fructus.

Vfus.

Materies.

K 2

Folium, Fructus. materiam esse dices: cortice facile deliberatur. Folio est longo, angusto, per extremum latiore, à quo ad pediculum vsque paulatim angustius fit. Indi non nunquam præ aliorum fructuum penuria hoc vescuntur, hoc est, eius carne, quæ cucurbitæ carni, cum adhuc virescit, similis est. Corticis color & forma cucurbitæ. Maximus eius fructus libram aquæ continere potest. Minimus verò pugnus non excedit magnitudine. Vulgaris est hæc arbor in Hispaniola, reliquisque insulis, & India Americana continente.

Locus. In hac tabella exhibetur vnà Mamei arbor, de qua dicemus H.n.g.lib.seq.

excavatam Mayo alijsve feminibus aut lapillis replent: *Maraka* & *Tamaraka* nuncupant. Arborem Hist. Lugd. *Choyne*.

Nomina

Frequens est in regione Americanorum, quam Morpionem vocant.

Fructus Choyne, auctore Theueto, non est edulis, quantumvis aspectu elegans. Americani, præterquam quòd ex eo pocula conficiunt, ad præstigias mirificas vtuntur. Excavatam enim fructum repletum semine Milii, aut alius, bacillo affigunt in terram adacto, circumquaque plumis ornatum. Quo modo singula familia duos aut tres reseruant, idque magna cum veneratione, rati miseri idololatæ, vbi fructum hunc pullauerint, *Toupan* [id est sui Dei: Sic à suis Paygi, seu diuinatoribus persuasi] colloquio sese frui, qui arcana reuelet. Potissimum verò etiam in eodem errore versantur eorum dicti Prophetæ. Vnde & diuinitatem quandam fructui attribuerunt, nec quicquam quod in sensu incurrat, adorant, quam tinnulum hoc instrumentum.

Præstigia
Americano-
rum.

CHIVET THEVETI.

CAP. XLVII.

Descript. Nigritarum ficui similiorem, [vt scribit Hist. Lugd.] non tamen eandem, memorat Theuetus. Fructus a. hic in Insula Zipangu prouenit, magno Meloni par, cui nomen *Chivet*, quod Syriacè *Ficum* significat. Suauissimus est, cum manditur Mannæ modo in ore liquefiscens. Semina intus continet, qualia in cucumete nostro reperiuntur, cortice cum maturuit croceo, folio arboris eximie viridi, exquisitè rotundo, aureo numero Gallico pari.

Sapor. Semina.

BRYATHAER CHINÆ.

CAP. L.

Descript. AD Chinarum sinum maritima arbores stupenda sunt vastitate: tantà, inquam, vt in eis imensa magnitudinis auibus stabulari liceat. Etenim tam grandes sunt, vt eis etiam grauiora animalia integra sustollantur, atque auferantur. Has arbores vocant incolæ *Bryathaer*. Fructus ferunt Auguriis non minores: auctor Scaliger: eademque etiam scripsit M. Ant. Pigafetta in itinerrario suo, teste Hist. Lugd.

Fructus.

ANON OVIEDI.

CAP. XLVIII.

Descript. ANON Ouedi arbor est, cuius fructus magnam cum *Guanabano* similitudinem habet, cum forma, tum carne & semine. Sed & ipsa Anonidis arbor *Guanabano* arbori simillima est, cum magnitudine tum forma & folio. Duabus verò in rebus differunt: primùm quòd huius fructus minor sit *Guanabano*, corticique color luteus, qui in *Guanabano* viridis est, deinde, quòd meo quidem iudicio gratior sit palato Anon, quàm *Guanabano*, vt pote firmiore carne. Vtrumque magno in pretio habent Indici Americi, & diligenter in suis prædiis colunt: Ex Ouedo.

Vt differat à Guanabano.

Locus. Clusio *Mangas* plus similitudinis habet cum Anon Ouedi *Iaiama* eiusdem.

CHOYNE AMERICANA.

CAP. XLIX.

Descript. EST Americanis Morpionem regionem incolentibus arbor, ipsorum lingua *Choyne* dicta, fructum ferens magnitudine mediocri citrulli, formâ oui struthiocameli: folia Laurinis similia: Theuetus.

*Fructus.**Folia.**Maraca.**Locus.**Vfus.*

Lerius eadem de hac arbore & fructu tradit, & addit fructum esse magnitudine capitis infantis, non edulem, cortice duro, quem perforant, & ex eo faciunt instrumentum, eis dictum *Maraca*, & pateras ad potandum, aliæque vascula.

Clusius fructus huius apud Canibales à Theueto & aliis traditam historiam, non malè *Guanabano* quadrare videri tradit, præsertim si interiora, quæ à nemine [inquit] describantur, demas: idcirco nam semina contineat Phaeolacea incertum: ipsa arbor folio Lauri est: fructum

VHEBEHASOV THEVETI.

CAP. LI.



Descript. VHebehasou mira altitudinis est arbor, cuius rami alii alios subeunt, folia habet Brassicæ: singulos ramos onerant fructus pedem longi, fert & eadem gummi rubrum.

Folia.

Fructus.

Gumi rub.

rubrum.

Hist. Lugd. quoque Vhebehasou vocat, ex Theueto. *Synonyma Mellifera arbor.*

An Higuiero in nauigationum historiis Arbores circa Peru, quæ melleadè referte,

Locus.

vt pertuso cortice aut trunco quinque aut sex exsillent mensuræ mellis limpidissimi & optimi? Dum in America esset Theuetus, sex milliatibus ab eo loco quo subsistebat, obseruatam sibi hanc arborem tradit, quam eminus artificio potius quàm natura arbitrarètur quispiam effecit.

Ad

Apes. Ad huius fructum (refert idem) quem ego quidem viridem vidi, innumera apes conuolant, ex eo alimentum petentes: receperat se in foramen eiusdem arboris, vbi mellificio & cera incumbant. Harum genera duo: alia nostris magnitudine sunt pares, quae non nisi ex suaueolentibus floribus victum quaerunt, & mel quidem optimae notae conficiunt: Ceram vero non vsque adeo flauam ac nostram. Aliud genus dimidio minus, quarum mel bonitate superat: iam dictum, quod syluestres illi *Hira* vocant. Et dissimili ab aliis victu utuntur, quae meo quidem iudicio causa est, quod ceram carbonis instar nigram faciunt, & quidem copiose, praesertim ad flumen Vases & Plate: vbi animal quoddam inuenitur, *Heyrat* nomine, hoc est bestia mellis, quod vndique has arbores quaerit, vt mel quod apes dictae conficiunt depopuletur. Est autem coloris ferruginei, magnitudine Aeluri, & quod vnguibus mel norit extrahere, ita quidem ne ipsum apes, nec ipse has contingat.

Mellis eius vsus. Magno istic in pretio est hoc mel, vt quod soleant syluestres egrotantibus exhibere, mistum farinae recenti, quam e radicibus consueuerunt facere. Cera vero apud illos nullus alius est vsus, nisi ad conglutinandas pennas, quibus capita coronant: aut ad obstruendas arundines magnas, quibus plumas suas inserunt, qui maximus est Syluestrium illorum thesaurus. Fructus vero *Vhehehasou*, quantumuis ab apibus frequenteretur, non tamen est edulis, propterea quod non facile maturescat, sed apibus solis, quantum quidem ego animaduertere potui, in alimentum cedit.

ARBOR FOFIO LAVRI, FRVCTV CUCURBITAE EX GVINEA.

CAP. LII

Descriptio



Folia.

Fructus.

ARborem (inquit Clus. Exot.) cuius iconem damus ab honestissimo viro Petro Garetto acceptam cum eiusdem fructu anno 1602. Iuglandis arboris celsitudine equare nec dissimili cortice tectam esse ferebant, Folia Laurinis habere similia, ad quorum exortum fructus in ramis nasceretur, initio quidem viridis, deinde vbi maturitatem adeptus, eius coloris quem in eius historia dicam. Erat porro fructus Magni mali instar, & orbicularis penes formae: nam ducta a pediculo per longitudinem fructus mensura ad alteram partem pediculo proximam, decem vnciarum fuisse reperta est, quam ea quae fructum transuersim per medium ambibat, vix superabat: leuis erat pro sua magnitudine, & crasso latisque firmo cortice praeditus, foris

Cortex.

Tom. I

laui & splendente, ex flato spadicei coloris, interdum etiam nigris maculis consperso, interna autem parte fuliginosi, & nihil continens praeter nigrum quendam pollinem. Certè quum illum initio conspiciebam (mittebatur enim primum solus nulla addita icone) Cucurbitae genus quoddam peregrinum esse censebam, praesertim ob corticem Cucurbitae cortici non valde dissimilem, tum etiam propter leuitatem: sed conspecta icone suis coloribus expressa, in qua arboris ramus, cum fructu & foliis, opinionem mutare non piguit. Haec sunt quae de ista arbore & eius fructu intelligere potui post longam disquisitionem: quae beneuolum lectorem boni consultorum arbitror.

Cucurbitae similis fructus.

LAGENVLAE AMERICAE.

CAP. LIII.

CVIUS arboris esset hic fructus Exoticus, quocumque nomine diceretur Clusium latet. Erat autem orbicularis penes formae, binas vncias longus, tantumdem fere crassus, duro, laui, spadicei coloris cortice praeditus: an nucleum aut semina continerit ignorat, sin autem habuerit, exempta fuisse oportet: Quia binos accipiebat a Iacobo Garetto extrema parte funiculo traictos & quodammodo con-

Descriptio



nexos, foraminibus per quae funiculus, qui eos connectebat, traictus erat, nigra cera obturatis, & infima similiter parte, qua videlicet puluis quidam ex albidis ad cineraceum tendens (quo pleni erant) iniectus fuerat: salsus eius sapor & linguam velligans, quo verisimile est incolas vsos ad

Sapor.

sua edulia condienda, propterea secum circumtulisse, Garetus significabat, e mari Australi, quod pacificum appellant Hispani vulgo *Mar del sur*, allatos esse. Et ipse aliquot annis ante, cum adhuc Clus. Viennae viueret, similem miserat, sed singularem, & longè maiorem, eumque inanem, summa parte apertum & funiculo traictum. Sibi porro persuadet, has lanegulas iis cucurbitulis, esse persimiles, quarum Americus Vesputius Nauigatione secunda meminit agens de moribus eius gentis ad quam appulerat. Ait enim singulos viros ex collo pendentes pusillas siccataeque binas cucurbitas gestasse vnam plenam herbam quam mandebant, alteram farinam quadam candicante gypso cominuto simili, e bacillo quodam in ore madefacto, atque in cucurbitam farinam plenam immisso, farinam exemisse, quam herbam quam manducabant aspergebant, subinde id repetentes: illudque facere existimasse, vt sitim sedarent, quia aqua recenti quam bibere possent, penitus erant destituti.

Cucurbitulae Americae Vesputii.

K 3

FRUCTVS INDICVS PYRIFORMIS GRANIS INTVS NIGRIS, Cucurbitani generis.

CAP. LIV.

Describe.



*

Redimebat [inquit Clusius Exot.] Franciscus Peninius, cuius & Pharmacopæus Amstelredamensis, fructum quendam exoticum anno reparata salutis humanæ 1601. ex India, vt aiebant, relatum, cuius nec nomē nec in quo arboris genere natus esset, intelligere potuerat: quia tamen eius formæ erat, qualem antè

vidisse non memineram, pro ea quæ mihi cum illo est vetere amicitia, commodatò impetrabam, vt breuem illius historiam concinnare possem, quam in Exoticorum librum inferrem, & eius iconem, in tabella exprimi curarem. Erat hic fructus penè quinque vnciarum longitudinis à pediculo ad summum mucronem, ambitus qui parte crassior fructus nouem vncias cum semisse explebat, à pediculo satis crasso sensim tumescens, deinde à medio corpore paulatim in obtusum mucronem desinens [vt ex icone faciliùs obseruari potest] fusco duròque cortice constans, & nucleum aut pulpam, cum seminibus in globum congestam continens, strepitum enim agitatus edebat: qualis autem inesset nucleus aut pulpa, ignorabam cum hæc scriberem, quandoquidem illum aperire verebar, quòd meus non esset, propterea integrum illi restituebam. Post aliquot tamen dies fructum ad me remittebat in binas partes transuersim sectum, vt internam partem etiam describere possem, quam valdè leuem & exigui esse ponderis comperiebam, cineraceique ex fusco coloris, continentem pulpam spongiosam, nigram, mollem, acidiusculi saporis, in globum compactam, in qua latebant aliquot grana, nigra, penè orbiculata, compressa tamen, & magis lata quàm longa, in binas partes sectilia, quemadmodum Cucurbitarum & similium semina, sic vt Cucurbitacei generis alicuius plantæ fructum esse mihi persuadeam.

Fructus.

Cortex. Pulpa.

Grana.

Cucurbita generis.

GVANABANVS OVIEDI, FRVCTV SQVAMMATO.

CAP. LV.

Describe. Solta. Fructus.

Guanabanus Ouiedi procerâ arbor est, & formosa, folio ferè Mali Medicæ, quam Limoniâ vocant, virente: fructu pulcherrimo, mediocris Melonis magnitudine, qui tamen interdum in capitis pueri magnitudinem exerescat. Cortex huic fructui viridis, & qui certis quibusdam squa-

mis distinctus videatur, vt strobilus, læuoribus tamen, neque ita tumentibus, quandoquidem totus cortex tenuis sit, neque crassior, quàm in Piri. Caro candidissima saporisque delicatissimi, quæ facillè pinguedinis lactis instar in ore resoluitur. Per eius carnem sparsa sunt semina magna.

Cara.

Semina.

vires & fus.

Frigidus est hic fructus, & per æstus utilis. Nam tamen quis integrum Guanabanum deuoret, nullum inde sentiet nocumentum. Infirma est ligni materies.

Clusius ait, cum Dorionibus planè conuenire Guanabanum Ouiedi, quem per vniuersam ferè Americam, siue Nouum Orbem nasci tradunt. Diuersus est ab eo cuius Scaliger meminit, de quo paulò antè.

Locus?

Generalis Histor. Indic. author tradit Guanabani fructus corticem viridem & tenuem esse, vt Piri, superficièq; squamulis distinctâ.

Hic Guanabanus, inquit Hist. Synonyma

Lugd. planè conuenire videtur cum Ouiedi Guanabano & vterque diuersus esse à Scaligeri.

M. Fumee, Guanabanos, & Guanabano, pulchra arbor, fructus crassus vt humanum caput, cutis squammata &c. Guanabanus Ouiedi Clusio.

An Benzoni Guanabanus arbor modica & gracilis, fructum ferens cordis effigie, corio viridi & subtili, squamarum in morem vestitum, intusus candidum.

Guanabanus Benzoni.

Extant etiam paulò diuersæ ab his formæ orbiculares eius arboris fructus, crocei coloris & prioribus illis longè meliores, omnes verò intus acinos exiles spadicei coloris gerunt. Videntur quidem nobis hæc, præsertim prioris varietatis descriptio, huic Guanabano Ouiedi satis bene conuenire.

Varietas.

DVRIONES ACOSTÆ CAP. LIV.

Describe.



Inter celeberrimos, [inquit Garcias] Indiæ fructus recensentur à plerisque Doriones in Malaca vocitati: fructus Melopeponis magnitudine, densò cortice rostratisque tuberculis plurimis obductus, veluti is quem Iacca Goa vocant, [de quo suo loco] foris virescens, intus verò concameratus: seminâq; exigui oui gal-

Iacca similis.

Semina. lina.

Alia Icon Bry fratrum.



Varietas. Officula

Folia.

Temperamentum. & Vires Caparum odor.

Pretium.

Antipathia cum Betele

Durionum noxam remedium.

Durionum.

Locus. Nomina & Synonyma.

linacei magnitudine in singulis cameris continens, coloris & saporis eius condimenti, quod ex Amygdalis confusis, lacte, farina, aqua rosacea, & saccharo fit, *Manger blanc* vocant Galli, non tamen ita mollescentia aut glutinosa; in nonnullis vero non candida sunt, sed pallidi coloris. Officulum hæc in se continent, Mali Persici officulum persimile, sed rotundum. Folia huius arboris

medium palmum oblonga, acuta, falso gustu, colore viridi dilutiore parte auersa, interna vero parte admodum virescentia. Flos est candido flavescentis. Arborem Iuglandis modo prægrandem esse aiunt, foliis Laurinis.

Calidus, inquit Acoſta, & humidus est hic fructus, & qui edere volunt, pede leuiter comprimere & frangere solent, propter spinas quibus obſitus est. Qui nunquam hos fructus ederunt cum primùm illos olfaciunt, videntur putridas Capas odorari: sed postquam deguſtarunt, præ reliquis cibis bene olere & sapere censent. Est vero in tanta existimatione apud eos, qui gulæ dediti sunt, hic fructus, vt putent neminem eo posse saturari, propterea varia dant illi epitheta. Tanta tamen est huius fructus in Malaca abundantia, vt singuli nõ pluris, quam quatuor maravedis veneat præfert: in mensibus Iunio, Iulio & Augusto: nam reliquis pretium intenditur pro hominum arbitrio. Admiratione porro digna est Betele cū hoc fructu antipathia, quæ profectò tanta est, vt si quis in nauem Durionibus plenam, ad eſſe aut concamerationem, vbi obseruentur, aliquot Betele folia reponat, corrumpantur & putrescant omnes. Et si cui ex Durionum immodico esu ventriculus inflammatur & grauatur, folio Betele supra ventriculum imposito, subitò mitigatur inflammatio, tumorque tollitur. Et, si à Durionum esu ingerantur aliquot Betele folia, nullam noxam sentiet, quantumuis multos ederit. Inde fit, tum etiam ob eius gustum suauem, vt vulgò dicatur, neminem eorum esu posse satiari.

Eiusdem fructus & Linschottanus meminit, Duriacon vocitans, in Iaua crescere, magnis arboribus, quales apud nos Pomi arbores. Gustu quidem suauissimo, sed inassuetis primùm aduerso, ob odoris cepacei, adusti aut putridi vehementiam. Extimam faciem Castaneæ cortici assimilat, sed aculeis hunc esse paulò maioribus & quadrangulis, Alueos communiter intus habere tres, parietibus intergerinis disseptos, in quorum singulo tria grana cepacea facie; & horum vnumquodque rursus alios tres nucleos contineat. Haberi inter meliores, salubriores, suauioresque totius Indiæ, sed non diu durare. Reperiri etiam copiosè in Baly & Malacca.

Vocantur Duriones in Malaca, Garcia: cum quibus Clus. ait, Guanabanum Ouiedi planè con-

uenire. At ex vtriusque historia facile patet rectè intuenti, res esse diuersas. Cast. Dur. *Iacca maggiore*, vt vult C. Bauh. Durio Coste: in Malayo (quæ est prouincia vbi gignitur) Duriacon: ipsius flos *Buaa*: ipsa arbor *Butan*. Duriones Linschottano. Hist. Lugd. Duriones Acoſte, & fortè Darian Scalligeri eidem, An Scal. Durian? Meloni & Corcopali similis, Taprobanae fructus, qui Durian dicitur. An *Dorioans* Bry fratrum in Icon. Ind. Oriët, qui addunt hos fructus totius orbis existimari optimos, & in sola Malacca reperiri.

Durionis.

ERINACEVS FRVCTVS INDICVS

CAP. LVII.



Fructus quidam nascitur in Insula Baly, Descriptio magna, copia, magnitudine Pomi nostratis, vel potius Piri, siquidem infernè rotundus superne turbatus, cortice munitus aspero & echinato, vnde ab Holandis Schweinigel/id est, Echinus porcinus vel fuillus *Porcinus* vocatur. Conditus hic fructus dulcis est, sapidus, & navigationum Indiarum commodum subsidium. Diu durat. Crescit in celsis arboribus, racematim coherens, vt bacce in racemis vitium. Ex historiis Indicis.

Echinus Porcinus.

IACA INDICA.

CAP. LVIII.



Iaca arbor est Descriptio in India prægrandis, fructu in summo caudice non in ramis ferens, prægrandem, magni Melonis effigie interdum maiorem, virentem foris, intus vero flavescentem, multis spinulis iastar erinacei, sed mollibus, obseptum. Continet autem hic fructus in se magnas quasdam nuces, duro putamine tectas. Cortex fructus

Fructus.

gustu Melonis, sed difficillimè concoctionis, nempe qui plerumque solet, ita vt assumitur, excer-

hi. Nuces verò intus natae torrentur aut elixantur, abiectioneque putamine [qui nullius est usus] Castanearum modo, quibus sunt perfimiles eduntur. Nascitur duntaxat in maritimis. *Garcias.*

Locus.
Alia descriptio

Fructus.

Acosta verò paulò aliter sic: Vasta est arbor, foliis palmaris amplitudinis praedita, dilute virentibus, neruo crasso & duro per longitudinem excurrente. Malum fert non è germinibus, aut foliorum sede, quemadmodum aliae arbores, sed ex ipso trunco maioribusque ramis nascens, longum, crassum, obscurius virens, crasso duroque cortice tectum, omni ex parte cuspidibus lepto, quae in spinam breuem, viridem, nigroque aculeo praeditam desinunt, admodum similem Durionis spinæ, sed minimè acutam aut pungentem, tametsi minitari videatur. Horum fructuum minimus est maximæ cucurbitæ amplitudine atque etiam maior, praesertim in Malabar, vbi praestantiores nascuntur. Nam qui in Goà proueniunt, minores & peiores sunt, atque magis insipidi. Cum maturus est hic fructus, bonum odorem spirat. Eiusque duas differentias constituunt. Vnum *Barca* appellatum, & praestantior: alterum *Papa* aut *Girasal* dictum, minusque bonum: deprehenditur postremus ex mollitie: quoniam si manu apprehendas, digitis cedit. Praestantissimi verò fructus pretium quadraginta maravedis non excedit, hoc est, paulò plùs regali Castellano. Per longitudinem secti hi fructus, intus candidi, & densa carne praediti apparent, ac veluti in capsulas aut receptacula diuisi, plena Castaneis longioribus & crassioribus quàm sint Dactyli siue Palmulae, cinerea tunica tectis, & intus albis Castanearum vulgari modo, gustu terrestri & aspero, si virides edantur, multosque flatus generantibus. At si vti Hispanicae Castaneae, assentur, gustu sapido & Venerem excitantibus, ob quam solam rem plebs frequentius vti solet. Sunt autem singulae haec Castaneae pulpa flavescente, & aliquantulum lenta inuoluta, & pulpam Durionis non nihil referente, tametsi ab eo differat. Grati saporis est, praesertim quæ in *Laca Barca* cognominata continetur, optimi Melonis pulpæ admodum similis.

Cucurb. magnitud.

Locus.

Differentia.

Barca.
Papa.
Girasal.
Pretium.

Castanea.
Sapor.

Vilus.
Ad Venerem.

Durionis pulpa.

Descriptio Linschot.

Melopeponis forma.
Anana similes.

Girasal.
Chambasal.

Cachi Scalig.
Ciccaria.

Pinea nucis forma.

Describitur etiam paulò aliter à Linschottano apud figuras æneas, his verbis: *Laca* mirabilis naturæ ex trunco altissimæ arboris nascuntur fructus, ad litus maris: Vbi arbor in folia & ramos se fundit, nulli sunt fructus. Magnitudine autem & forma Melopeponis ferè sunt, ad *Ananas* accedunt, colore tamen subuiridi. Tunica autem distinctus est interior nucleus, colore inter albedinem & flauedinem, sapore mellis. Tales ferè tunicae centum numero in vno pomo reperiuntur. Est autem duplex genus: optimum vocatur *Girasal*, illud quod est simplicius est *Chambasal*. Arboribus & fructibus eadem forma est, sed ex gustus suauitate discernuntur. *Hec ille.* Vtramque figuram ponimus vt non parùm variantes iudicent qui arborem ipsam cominus inspexerunt. Scaliger videtur de eadem planta & fructu scribere, his verbis: Spinosa est arbor in Malabar, cuius folium non pingunt. Ipsa *Cachi*, eius fructus *Ciccaria* dicitur, longitudine pedali, humanae coxæ crassitudine. Pondus fidem superat. Cortici color primùm viridis: maturescens in luteo suscescit: corpus firmissimum, compressioni tamen ita cedit, vt frangatur. Temporis quoque suapte natura impatiens. Haud enim ita multò post, quàm detractus sit, fit rugosum. Totius forma, vt *Pinea nucis*. Intus enim Camerulæ membranæ distinguuntur, vt in *Punica*. Pulpæ odor suauissi-

mus. Sapor mistus ex Melone Moschato, Persico, Arancio dulci, & melle. Intus poma ducenta quinquaginta ad tercentena vsque, Ficorum tum specie, tum dulcedine, sine cortice, vt aiunt. Membranulis tamen distingui necesse est, quibus segregentur: vt ouorum vitella: In his pomis fructulus est alius, figura castaneæ. Qui ad eundem, quo castanea, modum inter coquendum crepitat: esculentusque est. Etiam bobus in pastum datur. Exit è trunco fructus, sicut & *Iumèiz*, id est, *Sycomor*, inter spinas, & frondes. Interdum, quod magis mirum est, è radice, subtus terra, vnde prodit. Hic longè praestantior, regibus dono datur. Legitur mense Decembri.

In Calcut, inquit Ludouicus Romanus, reperiuntur nonnulli fructus quos cultores *Iacetos* appellant. Idem vult eundem fructum idem esse cum *Laca*, atque eo nullum praestantiorum digniorumque scribit, eiusque descriptionem fusè tradit.

Vocatur hic fructus in Maluar *Laca*: in Canara & Guzarate *Panax*: intus nuces velut castaneæ: *Garcias.* *Iacera* Lud. Romani, eademque *Laca* Clusio. *Laca* Malabarensibus. Guzaratensibus *Panax*, Canarinis, *Panasu*. Arabibus, *Panax*, & *Laca*. Persis *Funax*: Eius duæ species, vna dicta *Barca*, altera *Papa* vel *Girasal*, Acosta *Laca minor*, in Canara *Panax*, Durant.

An Scal. arbor *Cachi*, fructus *Ciccara*. Historia sanè Lugd. huius sententiæ est, & addit, eadem prorsus scripsisse Lud. Bonon. in Itiner. suo, quæ Scaliger. ac nasci in Calicuto.

Eadem Nic. Costin. in Itine. nisi quod non fructus ait bubus pro cibo præberi, sed eorum cortices. Præterea arborem grandi Fico similem esse, foliis diuisis Palmæ modo, ligno buxæ, ad multa utili. Eadem Hist. Lugd. & alibi de hac arbore tractat, sub titulo, *Laca* Acostæ, vtique hanc diuersam putans, à *Cachi* Scaligeri.

Iam supra dictum, qua ratione Castaneæ intus latitantes, grauitè comedentes excitent ad Venerem. Scribit tamen Costa, nullum usum medicum præbere: duræ esse concoctionis, & admodum grauari ventriculum: atque vt illarum Indiae Prouinciarum Medici dicunt, si in ventriculo corumpatur, noxios & venenosos humores generare: quique frequentius hoc fructu vescantur, facile in pestilentem illum morbum, atque funestum *Morxi* incolis vocatum incidere.

IAMBOS. CAP. LIX.
Iambus Acostæ.



Magna, vt scribit

Garcias, apud Indos in æstimatione est is fructus, cuius nunc mentione facturi sumus, primùm è Malacca [vbi plurimus nascitur] paucos ante annos illic translatus. Est autem is fructus oui anserini magnitudine, aut paulò maior, colore ex candido purpurascens, pulcherrimo odore rosaceo, Vel,

Sapor.
Poma intus

Castanea.

Sycomor modo.

Tempus.

Synon.

Panax.

Panasu.
Funax.

Materiae arboris.
Hist. Lugd. not.

Tachi.
Vires & vsus.

Noxai

Morxi morbus.

Descriptio

Fructus.



Vel ut verius dicam, similis est hic fructus magnis Gallis recentibus. [quas poma de Cuquo nuncupamus] cum in odore, tum in colore: gustu suauissimo, sed humido. Nisi verò (annotat Clus.) Garcias gallas istas maiores, quæ in Robore passim per Hispaniã & Lusitaniam, nascuntur, intelligat per Bugualhas grandes quid sibi velit, ignorare me fateor. Caterùm eas

exigua pila palmaria maiores nunquam vidi, colore pulcherrimo rubicantes, dum recentes sunt, & odoratas. Vel fortè prægrandes illas Iuglandes vult, quæ vulgaribus duplo maiores sunt: quemadmodum vulgares suo operimento nudatas Bugalho appellare videtur.

Porro ipsa Iambos Aibuscula, ex eodem Garcia, in Pruni magnitudinem assurgit, folia ferens magnam similitudinem habentia cum cuspidate ferrea maioris alicuius lanceæ, viridia, aspectu pulcherrima. Flos ruber, odoratissimus, gustu acido. Firmis nititur radicibus hæc arbor, quoniam admodum fertilis est. Post quartum enim annum fructifera, nec semel duntaxat fert in anno ut pleræque omnes ferè arbores, sed pluries singulis annis novos edit fructus.

Arbor, inquit Acoستا, quæ Iambos fructum præbet, vâsta est, maximam Malum auream quæ in Hispaniis nascitur æquans, multis ramis in latum expansis multamque umbram præbentibus brachiata, aspectuque pulcherrima: caudex maiorisque rami cinereo cortice integuntur: folia pulcherrima sunt, læuia, palmum aut amplius longa, crassiora verò per longitudinem, multis autem obliquis venis in latera excurrentibus, parte supernâ saturatis, infernâ dilutiùs virentia: flores ex rubro purpurascens, viridi admodum coloris, multis staminibus in medio præditi, aspectu pulcherrimi, gustu capreolorum vitis simili. Fructus magnitudinem est Piri, quod a Rege cognomen accepit, eiusque duo sunt genera: vnus enim aded obscure rubet, ut niger videatur, magna ex parte officulo caret, & sui bonitate præstat: alter ex candido rubescit, & officulum continet album, durum, non admodum rotundum, officuli quod in Persico malo est, magnitudinem, læue, & candida hirsutaque membrana tectum: qui licet superiori bonitate cedat, dignus tamen est hominum etiam delicatissimorum palato: vtriusque odor suauissimam rosam refert, frigidus & humidus est, & admodum tener, cortice aded tenui & molli tectus, ut cultello auferri non queat. Altè suas radices terræ infigit hæc arbor, & post quartum annum fit fructifera. Fructum sæpiùs eodem anno perficit, & nonnunquam sine flore & fructu conspicitur, cum iudem rami floribus, fructu viridi & maturo semper ferè

onusti sint, decidentibusque quotidie floribus [sic ut solum rubro colore tinctum quandoque videatur] noui subnascantur, fructusque alii primùm enascantur, alii maturescant, alii iam maturi colligantur, succosa arbore maturi facillè decidunt, comprehensi verò rami ad fructus colligendos facillimè ab arbore reuelluntur.

Linschottamus ad figuram ære exsculptam annotat Iambos officulum habere, ut fructus Cyparissi: sed quid sibi velit fatemur nos ignorare. Cyparissi fructus nullum habet officulum, nisi fortè ipsam intelligat nucem: præterea quia eius figura non parum differt ab Acoستا, vtramque proponimus.

Iambos in Malaca dicitur etiamque Hispanis, Garcia. Iambos fructum Malabares & Canarini *Iamboli* vocant. Lusitani istic habitantes *Iambos*: Arabes *Tupha*: Indi *Perse Tuphar*: Turci *Alma*: Lusitani arborem *Iambeiro*, *Acoستا*. Hist. Lugd. quoque & Linschott. *Iambos* vocant.

Fructus ante reliquos cibos initio mensa edis solent, atque interdum. Condiuntur etiam tum fructus tum flores, atque ita afferuntur.

Officulum Cyparissi.

Iambos.
Iamboli.
Tupha.
Tuphar.
Alma.
Iambeiro.
Vsus

Synonyma

CARAMBOLAS ACOSTAE.
CAP. LX.



Carambolas, autore Garcia, fructus est in Goa magnitudinem minoris oui gallinacei, in quatuor ut videtur, partes distinctus, flauescens.

Pleniùs describit Acoستا. Arbor Cotoneæ magnitudinem foliis Mali, paulò longioribus, coloris viridis saturatiore, & gustu amaricatis, floribus parvis quinque foliolis constans

tibus, ex albo rubescentibus, nullo quidem odore gratis, sed aspectu elegantibus, & gustu oxalidis acetoso. Ipse verò fructus maiusculi oui gallinacei magnitudinem æquat oblongus, flauescens, atque veluti in quatuor partes diuisus, sulcis illis paulò altiùs impressis, magnam gratiam addentibus. In meditullio continet semina tenera saporis acitate palato grata.

In Malauar *Carambolas* vocatur, in Canara & Decan *Camari*: in Malaio *Bolimba*. Garcias.

Acoستا verò *Carambole* Lusitanis: Decaminis & Canarinis *Camari*: Persianis, *Chamaroch*: in Malayo, *Bolimba*: *Caramboles* Acoستا H. Lugdunens.

Nullus eius in medicina vsus, præterquam quòd in febribus quotidianis exhibetur, & ex eius succo, cum aliis idoneis, fiunt Collyria ad oculorum lippitudines utilia: plerisque bene sapit hic fructus, præsertim qui vinosus est saccharo conditur, gratissimùsque est Palato. Eò verò utor syrupi acetosi loco. Garcias: Costa verò scribit multum usum esse in medicina & cibis: namque maturum exhibere in biliosis febribus & saccharo

Descriptio fructus.

Descriptio arboris. Cotonea magna.

Mali folia

Flores.

Fructus.

Synonyma Carambolas.

Camari:
Bolimba.
Carambole
Chamaroch.
Bolimba.
Vires.

Febres. Ad oculos.

Bugalho. Descriptio arboris.

Flos.

Radix.

Tempus.

Alia desc. Mali aureæ magnitudinis.

Folia.

Fructus Piri.

Differentia

Officulum Persici.

Ecbres biosa. conditum syrupi acetosi loco præbere: Canari-
Ad secundinas & fatum morissum Cibæ. nos eius succo cum aliis medicamentis isthuc na-
 scentibus, collyria parare, ad oculorum nubeculas tollendas: Obstetricem (quæ illis *Daya* dicitur) vidit fructu sicco & in puluerem confrito, & foliis *Betele* vtentem, ad secundinas à partu expellendas, fortumque mortuum educendum. Eius etiam muria conditi frequentem esse vsum, cum gratissimi sit saporis & appetentiam excitet.

AMBARE INDICA.

CAP. LXI.

Descriptio

Folia.

Flores.



Ambare Indis dicta, crassa magnaque est arbor, folia habet Iuglandis foliis magnitudine respondens, sed non eius forme, dilutius virentia & multis venis elaborata, quarum illis magna gratiam addit. Flores exiguos candidos, Fructus nucis Iuglandis magnitudine, dilutius virentes, & cortice quam illa leuiore: odoris grauis & gustus acerbi,

dum adhuc virent: coloris verò flauo in maturo, gratioris odoris & gustus grata aciditate commendabilis, medullam continentes cartilagineam & duram, è duris nervis obliquè intertextis constantem: *Hæc Acoſta.* Brevius *Garcias:* Fructus in India nucis magnitudine, maturus odoratus, fulvus: immaturus cartilagineo quodam integitur cortice vireſcente.

Synonyma
Ambere,
Amba.
Cul not.
Ambares.
Amberech.
Harb.
Ambre.

Ambare Indis, *Garcia.* *Cluſius* annotat *Lud. Romanum* hunc fructum *Amba* nominare, & caudicem *Manga.* At *Acoſta* diſtinguit *Ambam* ab *Ambare*, ideo nos *Ludouici Romani* *Ambam* non huc reducimus, sed ad *mangam* siue *Ambani* de qua ſequenti libro. *Acoſta,* *Ambare* arbor *Canarinis:* & fructus *Ambares,* *Persis* *Amberech:* *Turcis* *Harb.* *Lusitanis* *Ambares.* *Caſt. dur.* In *Canaria* *Ambre,* & fructus *Ambares.* *Indis* *Ambare,* *H. Lugdunenf.* *Ambare* *Acoſta.*

Vires & vſus.

Propter fructus gratam aciditatem cum *Omphacii* ſeu *agrestæ* modo *cibis* admixcent: maturum ex ſale & aceto edunt: excitat enim edendi appetitum *Indi* aduerſus bilioſos humores utilem eſſe perhibent, *Sale* & aceto conditus diu conſeruari poteſt.

CACHOS.

CAP. LXII.

Descriptio
Mali insano fructu.

Cachos nascitur arbuti modo: insigni virore prædita est, folio rotundo & tenui: fructum fert Malo insano similem, altera parte leſſi-

lem, altera turbinatum, cinerei coloris, grati saporis, & acrimoniæ expertis, minutum admodum semen continens. Inuenitur duntaxat in *Perruanis* montibus: *Monardes:* qui sibi huius plantæ semen apud *Indos* *Cachos* vocatæ miſſum testatur.

Locus

H. Lugd. *Cachos:* Magnæ est apud *Indos* æſtimationis, ob inſignes eius facultates. Nam *vrinas* ciet, *calculum* è renibus pellit, quodque præſtantius eſt, illius vſu *calculum* in *veſica* comminui ferunt, ſi mollis adhuc ſit, vllisque medicamentis comminui queat, eiusque rei tam multa proferunt exempla, vt admirationem pariant. Nam ea eſt mea opinio (inquit *Monardes*) *veſica* *calculum* haudquaquam expelli poſſe, ſolamque exemptionem illius remedium eſſe, nullum autem medicamentum ad eodẽ eſſicax eſſe, vt eum confringere valeat. Aiunt tamen illius semen tritum, ex aqua aliqua ad eam rem vtili ſumptum, *calculum* in lutum diſſoluere, quod excretum denuò concreſcat, & in lapideam duritiem conuertatur. Adoleſcentem vidi, cui hoc obtigſſe ſcio. Is cum *veſicæ,* *calculo* torqueretur, idque à *lithotomis,* qui *calculum* deprehenderant, intellexiſſem, & ex ſymptomatis quæ patiebatur agnoſcerem, hominem veris initio ad fontem, qui de *petra* cognominatur, ablegauit: vbi cum duos meſes hæſiſſet, à *calculo* liber rediit, & omne lutum, quod paulatim eiecerat, denuò in lapidea fragmenta concretum ſecum in charta detulit.

Nomina

Vires.

Vrina.

Calculus.

Opinio Monardis de veſica calculo.

Historia.

DE MORO.

CAP. LXIII.

His indicis Pomis inferenda ſuit *Morus,* & ipſa *Pomifera,* ſed quæ vt vulgatioꝝ, alijs *Pomiferis* ſequentibus, ob affinitatem nominis ſuit præmittenda.

MORVS NIGRA.



Moro dicitur caudicem fatiſ crasſus, contortus ac nodofus: altitudo iuſtæ arboris, rami patuli, cortex rugofus, crasſus, lentus. Materies robuſta, & medullitius flaua. Radices numeroſæ, magna ac robuſtæ, non tamen altè descendentes, ſed ſeſe diſfundetes, ſi *Matth.* credimus. Folia ex rotunditate in acumen definentia, interdum vitiginea, ſinuata, per ambitum ſerrata, tactu non nihil aſpera, hirtuta, ſapore ſubdulci & viſcido. Pro floribus *Dod.* autore *Iuli* ſunt, virentes, lanuginofis. Fructum fert breuiſſimo pediculo hærentem, maiorem & longiorem quam *Rubus,* glomeratum ſimiliter, ſed acinis minùs rotundis, primùm quidem virentem & aſterum, poſt

Descriptio nigra.

Materia

Radix.

Folia.

Flores.

Fructus.

pōst rubentem, acidum & adstringentem, per maturitatem nigrum, sanguineo dulci succo madidum, manus & os inficientem. Matth. ait, modicam vbi maturuerit remanere austeritatem.

Descriptio *Morus alba* tota delicatior est, vt à nobis quidem obseruatum, quàm nigra, eaque propter bombycibus alendis magis expetita: folia teneriora, angustiora, firmaque, oblonga magis, non minùs Nigræ folijs serrata: aliquando vitiginea, sed tam concinnà diuisurà, vt Gallici scepri lilia artificii pictoris manu ficta ad certamen prouocent. Iulos longiusculis pediculis hærentes, plures sæpè simul profert, vt in ramo spontaneæ Mori ex Italia delato obseruauimus. Fructus, non, vt præcedentis, niger, sed per maturitatem albus, sapore (Matth. teste) mellæ dulcedinis, quo fit vt minimè cum nigro facultate conueniat, minor etiam: antè maturitatem viridis & subviridis, austeriusculo sapore. Radix in ingentem sese diffundit longitudinem magis quàm nigra, fortasse quoniam amplior, altior, proceriorque semper quàm nigra habeatur.

Sycaminus *Συκαμίνος* Theophr. vocat, nomine à Ficu derivato, quam similem dicit Ægyptiæ, folio, magnitudine, totaque facie: materie spissam & lentam, validam, ad opera facilem, quæ vetustate nigrescat, vt lotus: medullam eius nigram & duram: tardè germinare, citòque amittere folia: fructu esse paruo pro magnitudine arboris, læui, diluto, ex humore & cuticula constante, succo vinoso; flore lanugineo, fructibus insidente. Fructum, quia nudus, humidus, tenuique testus sit cuticula, promptè vel leuiter à sole tepefactum perfici, quippe qui ad sui perfectionem minimo eget calore. Valida namque vis quædam confertim & celeriter prorumpere solita, fructum percoquit, sicut & in germinando fit. Longa enim prorogatio ac velut cunctatio germinis collectum maximum facit. Hinc fit, vt germina congesta magno cum impetu prorumpant, etiam cum strepitu quodam, vt quidam perhibent. Ita concoctio eius celeriter perfici solet. Eodem namque his modo euenit, sicut frumentis, quæ hyems diu retinuit. Quæ vbi semel laxata fuerint, celeriter auferunt. Adde, quod Morus fructum non vnuerfum, sed particulatim percoquere solet. Idèd & longo tempore in arbore manet, [alijs nimirum transeuntibus aut eadentibus, alijs maturefcentibus] & maximè cum ijs humiditas illa tenuis & aquea. His igitur de causis præcox Mori fructus. Caterùm vt Mnestor tradit, serò germinat hæc arbor, ob frigiditatem loci: Citò maturat, propter tenuitatem: *ὅτι τὸ αἰθέριον*. Placuit ita reddere, non propter suam imbecillitatem, sicut Gaza, quamuis eundem secutus sit Scaliger. Nam quid hoc est dicere, debilitatem esse causam citæ maturationis: quam rectius causam dixerimus serotinæ germinationis. Et res ipsa respondet. Succu tenuitas prætoris maturationis causa, quemadmodum crassitudo tardioris, vt in Cidonijs, Piris hyemlibus, Prunis siluestribus, Mespilis & alijs id genus videmus. Neque repugnat vocabuli significatio, quam, si lubet Grammaticis, huc vsque extendent vt & tenuitatem denotet.

Cur celeriter fructus perficiat. *Συκαμίνος* Theophr. vocat, nomine à Ficu derivato, quam similem dicit Ægyptiæ, folio, magnitudine, totaque facie: materie spissam & lentam, validam, ad opera facilem, quæ vetustate nigrescat, vt lotus: medullam eius nigram & duram: tardè germinare, citòque amittere folia: fructu esse paruo pro magnitudine arboris, læui, diluto, ex humore & cuticula constante, succo vinoso; flore lanugineo, fructibus insidente. Fructum, quia nudus, humidus, tenuique testus sit cuticula, promptè vel leuiter à sole tepefactum perfici, quippe qui ad sui perfectionem minimo eget calore. Valida namque vis quædam confertim & celeriter prorumpere solita, fructum percoquit, sicut & in germinando fit. Longa enim prorogatio ac velut cunctatio germinis collectum maximum facit. Hinc fit, vt germina congesta magno cum impetu prorumpant, etiam cum strepitu quodam, vt quidam perhibent. Ita concoctio eius celeriter perfici solet. Eodem namque his modo euenit, sicut frumentis, quæ hyems diu retinuit. Quæ vbi semel laxata fuerint, celeriter auferunt. Adde, quod Morus fructum non vnuerfum, sed particulatim percoquere solet. Idèd & longo tempore in arbore manet, [alijs nimirum transeuntibus aut eadentibus, alijs maturefcentibus] & maximè cum ijs humiditas illa tenuis & aquea. His igitur de causis præcox Mori fructus. Caterùm vt Mnestor tradit, serò germinat hæc arbor, ob frigiditatem loci: Citò maturat, propter tenuitatem: *ὅτι τὸ αἰθέριον*. Placuit ita reddere, non propter suam imbecillitatem, sicut Gaza, quamuis eundem secutus sit Scaliger. Nam quid hoc est dicere, debilitatem esse causam citæ maturationis: quam rectius causam dixerimus serotinæ germinationis. Et res ipsa respondet. Succu tenuitas prætoris maturationis causa, quemadmodum crassitudo tardioris, vt in Cidonijs, Piris hyemlibus, Prunis siluestribus, Mespilis & alijs id genus videmus. Neque repugnat vocabuli significatio, quam, si lubet Grammaticis, huc vsque extendent vt & tenuitatem denotet.

Gaza & Scal. voc. *Συκαμίνος* Theophr. vocat, nomine à Ficu derivato, quam similem dicit Ægyptiæ, folio, magnitudine, totaque facie: materie spissam & lentam, validam, ad opera facilem, quæ vetustate nigrescat, vt lotus: medullam eius nigram & duram: tardè germinare, citòque amittere folia: fructu esse paruo pro magnitudine arboris, læui, diluto, ex humore & cuticula constante, succo vinoso; flore lanugineo, fructibus insidente. Fructum, quia nudus, humidus, tenuique testus sit cuticula, promptè vel leuiter à sole tepefactum perfici, quippe qui ad sui perfectionem minimo eget calore. Valida namque vis quædam confertim & celeriter prorumpere solita, fructum percoquit, sicut & in germinando fit. Longa enim prorogatio ac velut cunctatio germinis collectum maximum facit. Hinc fit, vt germina congesta magno cum impetu prorumpant, etiam cum strepitu quodam, vt quidam perhibent. Ita concoctio eius celeriter perfici solet. Eodem namque his modo euenit, sicut frumentis, quæ hyems diu retinuit. Quæ vbi semel laxata fuerint, celeriter auferunt. Adde, quod Morus fructum non vnuerfum, sed particulatim percoquere solet. Idèd & longo tempore in arbore manet, [alijs nimirum transeuntibus aut eadentibus, alijs maturefcentibus] & maximè cum ijs humiditas illa tenuis & aquea. His igitur de causis præcox Mori fructus. Caterùm vt Mnestor tradit, serò germinat hæc arbor, ob frigiditatem loci: Citò maturat, propter tenuitatem: *ὅτι τὸ αἰθέριον*. Placuit ita reddere, non propter suam imbecillitatem, sicut Gaza, quamuis eundem secutus sit Scaliger. Nam quid hoc est dicere, debilitatem esse causam citæ maturationis: quam rectius causam dixerimus serotinæ germinationis. Et res ipsa respondet. Succu tenuitas prætoris maturationis causa, quemadmodum crassitudo tardioris, vt in Cidonijs, Piris hyemlibus, Prunis siluestribus, Mespilis & alijs id genus videmus. Neque repugnat vocabuli significatio, quam, si lubet Grammaticis, huc vsque extendent vt & tenuitatem denotet.

Morus. Diof. *μορβὰ ἢ Συκαμίνεα*, arbor nota: alijs tamen legitur *μορβὰ ἢ Συκαμίνεα*, Morus Sycaminea, vel Morus simpliciter.

Συκῆ Hipp. vt explicat Gal. in eius vocibus: Cui & *Συκαμίνος* id est *μορβὰ*. Fructus ipse τὸ *Συκαμίνος* Theophr. quod & *μόρον*, Morum.

Morus. Morus Palladio & Plin. ipsa arbor, qui fructum

inter carnosa Poma refert: Moris, inquit hic, succus in carne vinosus: trini colores, candidus primò, mox rubens, maturis niger. In nouissimis florent, inter prima maturefcent. Tinguunt manus succo matura, eluunt acerba. Minimum in hac arbore ingenia profecerunt, nec omnibus, nec insitu: (alias insitis.) Nec alio modo, quàm Pomi magnitudine. Differunt Ostensia & Tusculana Romæ. Nascuntur & in Rubis, multum differente callo. At nos parum differente callo, ad rem accommodatius legi censemus, licet nec Hermol. nasutissimus alioqui Plinij lector, nec ipse adèd Dalech. eius commentator alijue veterem corrigant lectionem. Idem Plin. Moro vinosum succum tribuit. Et alibi: Pro cute in animalibus, cortex in arboribus est. Mirum, his in Moro medicis succum quærentibus, serè hora diei secunda, lapide incussus [incisus, alij] manat, aliùs fractus ficcus videtur (nempe cortex) quanquam hoc Plin. non de Moro, sed de Sycomoro tradere debuisset, vt sentit Corn. de qua re plura suo loco. Ad Rubi Mororum differentiam Officina hodie serè Mori arboris fructus Mora Celsi vocant.

Morum arborem, vt scribit Curtius, nonnulli à Græco nomine deriuant, propter fructus nigritiem: *μαυρόν* enim nigrum est. Græcis præter prædicta nomina, & *Συκῆ* & *Συκῆ*, Moros, ab Hippocrate, nisi mendum sit, Pomum Sycaminon: Ætio fructus Sycamina & Sycomora. Æschylus tamen, autore Iulio Polluce, Sycamina ea vocauit, quæ tantum ex Rubo colligerentur.

Primas fructus germinationes, seu futura poma, Ricinos, vel, vt alij malunt Cytinos, Græci vocant. Alij Mora oblonga, vel Iulos teretes arbitrantur. Nigram celebrat Virg. Eclog. 6.

Sanguineis frontem Moris, & tempora pingit. Fabulantur Poetæ, Mori fructus prius albos tantum fuisse: postea verò Pyrami & Thisbes amantium sanguine tinctos, ac rubeum colorem mutatos, dum vterque sibi ipsi sub Moro apud fontem & Nini sepulchrum, propè Babylonem manus consciuissent. Sic enim Ouid. Metamorph. 4. Canit:

Arbor ibi niuei vberima pomis
Ardua Morus erat, gelidæ contermina fonti.

Et pōst:
Arboris factus aspergine cadis in atram
Vertuntur faciem, malefactaque sanguine radix
Purpureo tingit pendentia Mora calore.

Pōst Thisbe ad Morum:
Signa tene cadis, pullosque & luctibus aptos
Semper habe fortis, gemini monumenta cruoris.
Dixit: & aprato pectus mucrone sub imum,
Incubuit ferro, quod adhuc à cade tepebat.
Vota tamen tetigere Deos, tetigere parentes.
Nam color in pomo est, vbi permaturuit, at er.

Athen. Sycamina, inquit, cum simpliciter omnes appellent Mori fructum, Alexandrini soli Mora nominant. Sycamina quidem, non intelligo fructum Ægyptiæ ficus, quem nonnulli Sycomorum vocant. Apud Æschylum in Phrygius Hector. Sycamina mora vocat:

Fuit vir ille Moris maturior.

Idem in Cressis sic nominat: & in Camicis:

Candidis enim Moris, ac nigrum succum sudentibus,
Venustoque rubrica colore tinctis onusta sunt
eius regionis arbores.

Sophocles:
Primum quidem cernes candidam qua floret spica
Deinde teres atque puniceum Morum;

Differentia

Plin. cor. rest.

Mora Celsi

Mori etiam mon.

Sycam. Moros. Pomum Sycaminon.

Ricini. Cytini.

Pyrami & Thisbes fabula de Metamorph. Phosi. Moris.

Mora nigræ.

Sycamina. Mora.

Candida Mora.

Spica.

Spicam autem vocat fructus arboris Mori rudimentum spica simile.

Nicander in Georgicis tum arborem ipsam vocat semper *Moream*, vt & Alexandrini, tum etiam declarat, eius fructum priusquam reliquarum omnium conspici.

Morea.

Ac *Morea* pueris oblectamenca tenellis, Quae primum suauem fructum mortalibus offert.

Parthenius Sycamina, quae Mora vocant nonnulli, Abryna (*αβρυνα*) nominat. Demetrius Ixion (vel in *ετυμολογικῶν*, vel *εὐ διαλέκτῳ τῆς ἀλεξάνδρου*) Sycamina & Mora eadem esse voluit his verbis: Veluti Mora, quae sanguine manant, & Ficus meliora sunt.

An Morus alba Antiquae ignota

An verò Morus alba antiquis incognita fuerit, vt quidam suspicantur ex iam citatis aliquot locis, maximè Ouidii, & ex Athen. facile diiudicari potest, quamuis apud reliquos Veteres, maximè Theophrast. Dioscor. Gal. & Plin. & Geoponico nihil de ea haecenus obseruauerimus.

Syce.

Hermol. *Sycen* apud Hipp. Morum arborem denotare aperte testatur.

Sycaminon.

Media Comedia Sycaminon vocat & pomum & arborem: sed pomum neutro, arborem masculino genere, vt apud Iul. Pollucem notatum legitur.

Modon.

Inuenias & *Modon* scriptum in Hipp. pro Moro, sed id culpa librariorum, vt idem Hermol. autumat. De Syce autem Hippocratis infra inter vires. Amatus non mirū ait Morum albam antiquis (excepto Ouidio) incognitam, quum postero seculo ex nigra Moro Populo inserta alba effecta sit, cui & subscribere videtur Lacuna: qui & Morum hominum amicam dicit, ac locis delectari quae homines frequentant. Idem Mora alba vulgò Mora Celsi dici scribit, quae aliis (vt Isidoro) Mora excelsa. Mesues verò pro Moris Celsi, habet *Mora de seni*.

Nominam amica. Mora Celsi. Mora excelsa. Mora de seni. Differentiae. Plinio eadem nigra & candida.

Differentias duas tantum plerique faciunt, Nigram & Albam: vttramque descripsimus. Celsipinus putat, Plinium candidam & nigram eandem accepisse: quasi candida quae hodie frequentissima est, & optima ad Sericum praestandum, peregrina quondam fuerit in Italia, vt etiam bestiola, quae eius frondis pastu sericum reddit. Idem annotat Moro lignum flauum, aliquando & Buxum esse: folia Fico minora, rotundioraque, minusque sinuata. In tenellis quoque germinibus lacteum inesse succum quamuis parciorem, quam in Fico. Non florere euidenter, sed fructum nascentem binis squammis tegi, quibus decidentibus, veluti flosculorum apices totis fructibus insidere: quae sanè obseruationem merentur.

Morus nigra. Morus alba. Chamæmorus.

Camer. quemadmodum & Pena & Lob. tres differentias agnouere, Nigram, Albam, & Chamæmorum, quam Camer. scribit in duodecimum annum in horto cultam, nec vnquam tamen fructum protulisse. Sed non placent Pen. & Lob. in suis descriptionibus, quando sic tradunt: Vulgatio Morus, Serotinos flores edit catulos, hirsutos & folia Alni, maiora, rotundiora, nigriora. In alba, minora, imbecilliora, ambitu sinuata, alba Populi, aut Sambuci montanae, albida, flaccida, gratiora, sed Mora multò insipidiora, candida nitent, ad nauseam potius quam ad alendum nata, caduca, fatuè dulcia, tota arbore minore, quam tamen pluris faciunt coloni ad velleris opus. Idem in margine: Pumila, quam vocant Chamæmorum, non nisi modo, magnitudine, pro totius rata parte distat. Sed valde claudicant eorum similitudines, quas Populum albam & Sambucum montanam cum Moro alba habere tradunt, cum

Pumila Morus. Pena & Lob. ref.

longissimè petita videantur, maximè Sambuci mont. ex qua vix vllam animaduertimus similitudinem. Deinde Albam minorem dicunt vulgata. Matth. contra, altiore, proceriorēque semper albam dicit: Et sanè fateri non est vidisse nos nigras eius proceritatis, quales magno agmine sene quadam positas vidimus extra nobile Ne-mausum.

Morus arbor, *morum* fructus, vttrumque à Græco deductum apparet: nam *μῶρον* Æschylo & Eustath. Iliad. ζ. fructus dicitur, *μορέα* arbor: apud Pollucem etiam pro *μορέα* scriptum *μορέα*, vt annotat Const. Dicitur igitur *μῶρον*, ἀπὸ τῶ μῶρον, id est, exitio, infortunio, vel supplicio, quoddam exitii quondam causa fuerit illis qui exscindebant. Non defuere tamen Grammatici, quibus [literam pro litera ponendo] *μωρῶς*, vel Atticè *μωρῶς* ἐστὶ ἀπιφροσιν dicta putabatur Morus, quasi minimè fatua, quoddam diu morari consueverit, antequam germina protrudat, metu frigoris rediuiui: quapropter & *sapiens arbor* dicta. *Bacha* Hebraeis Samuelis 5. [licet Pirus transfulerit vulgatus Bibliorum interpret, sed reclamant omnes Hebraei] aut *Schickmah*, vt alii sentiunt, teste Trago. Serap. & Arab. *Tut*, qui & *Thut* vttrumque nominant tam arborem, quam fructum. Germ. *Maulbeerbaum*: *Maulbeer* / fortè quia *σωματικὸν τὸ μῶρον*, oris affectibus commodus sit fructus ex cuius sanè succo conuenientissima parantur *σωματικά*. Scimus tamen alicubi & *Moerbeere* dici, à quo fortè & ab vtendi modo illud *Maulbeere* detortum. Belg. *Moerbesyboom*: *Moerbesie*. Gal. *Meurier*, *meure*. Ital. *mor*, *gelsa*, & *gelsa moro*. Hisp. Castil. *moral* & fructus *moras*. Catal. *morerà* & *moras*. Portug. *moreira* & *moras*. Angl. *Mulberry tree*. Bohem. *Mo-russe*. Hung. *Σεδερυ φα*.

Amat Morus calida loca, fabulosa, & plerumque maritima. Iuuat Morum temperies caeli moderatior, & locus planior, qualis est ager Narbonensis, Italia Lombardica: nec temerè in Montibus visam Morum Plin. scribit. Annotat Tragus vttrumque genus in Rhætiis Alpibus inueniri, quorum alterum atros, alterum candidos ferat fructus. In regionibus verò quae Rheno adiacent, vnum duntaxat reperiri, nimirum nigrum. Alba vbique scater in Italia ac etiam Hispania ad alendos bombyces tantum fata. Nigra etiam vbique aut in hortis aut viridariis, ac in genere amœnos amat tractus. Humor assiduus Moris prodesse non creditur. Frigida etiam valde abhorret. Basileæ & in Alsauæ oppidis nigras colunt in ædium arcis, proceras, patulas & elegantes: sed alba multò rariores in tractu Germanico, nuper tamen Illustriss. Ducis V. Virtemb. &c. mandato in Ducatum V. Virtembergicum magna copia ex Italia inferri & propagari, bombycum nutriendorum causa, cœpta. Aded flagrat sapientissimi huius Principis indefessum studium, in ornando suo Ducatu, vt ne desit suis quod adest aliis, eoque eius magnificentia ferè res redacta, vt ad sit illis, quod abest multis, & vix paucis aliis nationibus concessum, vt passim in huius historiae serie patefcit. Nos quoque vttramque colimus iam à multis annis in E. C. horto Montbelg.

Serotino germinatu floret maturatque celeriter fructum Morus, quae nouissima vrbana germinat, nec nisi exacto frigore, ob id dicta sapientissima arborum. Magna & in hanc vis Soli, nam cum cœpit, in tantum vniuersa germinatio erumpit, vt vna nocte peragat, etiam cum strepitu, vt post Theoph. Plinius quoque scriptum reliquit. Sed cum primis folia dimittit. Trago non

Synonyma ling. Etyml. Lat

Sapientia arbor. Bacha.

Tur. Etymon Germ.

Locus.

Ducis V. Virtemb. &c. studium standia Germania.

Tempus.

tantum ob tardum illum ortum, sed quod folia sua tenella ab ortu statim rugosa producat, *Sapientia* symbolo notatam putat hanc arborem, seque obseruasse scribit, non protrudere folia, nisi exacto iam frigore & pruinis, iis maximè quæ perniciem adferre possent. Quod sanè vel *ὡς ἐν τῷ ποδῷ* intelligendum, vel in locis temperatis. Alioqui apud nos & contrarium euenisse obseruatum, & pruinæ superuentu folia iam emersa contabuisse. Sed hoc rariùs. Ergo ut plurimum mense demùm Maio, germina emittunt: Fructum maturant Augusto, ut Dod. obseruauit. At nos citiùs, nempe Iulio Basileæ, immò medio etiam Iunii matura legimus Monspelii, nec tardiùs in Austriæ Italiæq; locis plerisque. Auenionensi & Veronensi agro plurimum gaudent. Cæterùm hanc arborem tardissimè senescere Veteres prodiderunt.

Tardè senescit.

Satio.

Talea qualis esse debeat.

Talea ferendi modus generabatur.

Sationis Tempus.

ut habitiora fiant Mora ex semine.

Cultura.

Transplantatio.

Veteraciore fiat.

Inseritio.

ut alba Mora nascantur, ut Moris nigra facerentur in albam. Agric. not.

Morus, inquit Plin. talea tantùm feritur, quoniam ramo eam (in Vltimo seri: alii: vet. inferi) religio fulgurum prohibet. Seruandum in eo ante omnia, ut talea ex feracibus fiant arboribus: ne curua, neue scabra, aut bifurca: neue tenuiores, (quod & Theophrast. & Colum. de arboribus talea ferendis in genere præcipiunt) quàm ut manū impleant: neue minores pedibus: ut illibato cortice: atque ut sectura inferior ponatur semper, & quod erit ab radice: accumulaturue germinatio terræ, donec robur planta capiat: quæ conditiones & leges vniuersaliter arborum talea ferendarum sunt. Mororum sationis tempus ab Idibus Feb. vsque ad æquinoctium vernum Columella designat. Ut Berytius autor est, feritur autumno ramulis ficulnorum modo terræ defixis, etiamque vere. Habitiora fiunt terra ipsi circumfusa assidue sarculata, non in profundum, sed vsque ad superficiem radicum. Mora etiam semine plantari possunt, si quis ipsum Morum priùs dissoluerit, & grana eius electa in terram demiserit ac rigauerit. Præstat tamen plantari à claua & talea nam ex semine nata degenerant. Quidam taleis & cacuminibus sesquipedalibus, vtraque parte læuigatis, meliùs prouenire tradunt, si fimo oblinantur. Locum in quem palum demerserunt, cinere terris admixto tegunt, sed non ampliùs quatuor digitis operiunt.

Fossione gaudet & stercore. Putria in iis & arida post triennium sunt putanda.

Plantam si robusta, transferes mense Octob. si tenera, Feb. & Martio. Scrobes desiderant altiores interualla maiora, ne altera umbris prematur alterius. Circa Cal. Octob. Morus ablaqueanda est, & radicibus vini veteris recentissimæ feces in spargenda. Amica est Morus & Vitis.

Feraciorem præciorèmq; fieri arborem tradiderunt, si perforato hinc inde trunco, singuli cunei Terebinthi vel Lentisci adigantur.

Inseritur, si præcis Geoponicis credendum, Castanea & Fago. Item Fico sub Cortice. Infitia Vltimo comprehendit, sed parit magnæ infelicitatis argumenta ut iisdem persuasum. Berytius apud Const. Casarem scribit, si Populus alba inseratur aut inoculetur in Morum nigram, alba Mora nascitura. Sed Quinquernanus de laudibus Prouinciæ ait, si quis Morum nigram Populo albæ inserat, in Morum albam facescere. Quin & Io. Agric. vulgò Mora alba fieri tradit per infitionem supra populum albam, nouumque esse inuentum, cuius Antiquiores non meminerint, in quo fallitur. Sed quicquid sit, tam Veterum, quàm Recentiorum fabulam putamus, neque est, qui se expertum tradat. Et Geoponicorum Clariss. scriptor Palladius, qui de Mori infitionibus sequentes versus com-

Tom. I.

posuit, huius rei & Populi albæ ne verbulo quidem meminit: refert verò & alias quasdam arbores, quarum coniugium admittat.

Mutua quin etiam Moris commercia Ficus Præstat, & oblatum Robore germen alit.

Fraxinus huic auida confert sua membra sorori, Et metuit sætus sparsa cruore novos.

Proceras Fagos, & poma hirsuta virentis Castanea, duris aspera mala comis

Insiciens monstrat piceo nigrescere partu, Et succopasit turgida poma nouo.

Obsequitur Moris blando Terebinthus odore, Et geminis veniunt munera mista bonis.

Res est experimenti: experiatur qui volet.

Morus si tardiùs folia producat pro bombycum alimento, nouilunio fimum radicibus eius adhibeatur.

Ut citiùs folia protrudat.

Mori foliis deficientibus Vlmi folia & Vrtica germina substituenda suadet Car. Steph. Quidam & Lactucæ folia præbent & Endiuia, sed iunioribus tantùm, nam egregiè depascuntur: sed si nimium des, aut paulò maioribus, aluo fluida facile dissoluuntur ac pereunt, ut ipsimet experti sumus. Quidam & Rubi folia tenella dare suadent, sed his ne utiquam delectantur. Mori albæ foliis nos nigræ substituimus, nec sine successu. Hęc eadem quoque, utpote magis pulposa conueniunt adulis: sic etiam serico pondus maius acquiritur & crassities, ut annotat Casalp.

Succedanea.

Colligenda potiùs vetera folia, quàm noua, manè vbi ros deciderit: aut si madida fuerint diligenter priùs abstergenda, aut ad ignem siccanda. Nam nimia humiditas obest bombycibus.

Delectus.

Cæterùm Mori culturam, administrandi modum, quemadmodum & bombycum serici architectum curiosè & diligenter descripserunt Car. Steph. & Hieron. Vnde Cremonensis elegantissimo carmine. Sed his adhuc specialiùs & curiosiùs Aug. Gallus, in opere suo Geoponico Italicæ conscripto.

Moraru vitreo vase diligenter condita plurimo tempore durant, proprio suo vino demersa diligentèrque operta, autore Constantino. Morus semper maximi fit, in iis regionibus vbi sericum paratur, ut Lucæ, Genæ, Granatæ, in tota penè Lombardia, Auenioni, nuper Turoni Gallorum, & hodiè Stuckardiæ quoque.

Repositio.

Qui muscas vitare volunt, non plantent iuxta domos.

Hipp. autore, saniem cruentam ex vtero educit *σύνης* (Mori, gal. & Cornar.) radix cum melle ubdita, & postea rosaceo illinita. Sanè nisi interuenisset autoritas Galeni, (quem meritò tanquam fidu Hipp. interpretem suspicere debemus) *σύνης* voce mallems Ficum intelligere, quàm Morum. Ficus enim à Dioscor. & aliis *σύνης* dicitur. Et si rem & rationem ipsam inspicias non temerè nostram reiicies coniecturam. Ficus quippe nostro iudicio, meliùs fortè id præstabit lactis sui acrimonia, quàm Morus. Videtur & ipse Hipp. propter radicis acrimoniam illitum postea præscribere ex oleo rosaceo. Et Galenus asserit, in radice Mori restringendi partes vincere. Quod si ita est, ut reuera esse censemus, quæ quæso ratione proliciat vteri fordes purulentas? Sed hanc nostram sententiam libenter doctiorum subiicimus censuræ. Hoc saltem præstitisse putamus, si Hipp. non Ficum intellexisse videatur, id tamen, quod intendit, eius radice vel ramo haud inefficaciùs præstari posse, quàm Mori. Is præterea si prægnantes bilis vexet, pitane succum dat Rheo rubro insperfo, aut eo qui ex Moris paratur

Vires & usus. Sanies veteri.

Coniectura in Hipp.

L

Aduersus Aconitum.
Idem ad faciei maculas helidas dictas, inter alia, Mori folia admouet. Vlcerebus, si sordida fuerint infusum & fomentum ex Mori radice adhibet. Apud Nicandrum in Antidoto Aconiti, Mori radice mortario tuse vino ac melle cocta prescribuntur aduersus Aconitum. Mnestor apud Theophrast. calidam esse Morum prodidit.

Ligni & sus.
Materia utilis operibus, quæ flexu constant, aut flecti postulant: eique hac in re primatus datur. Aeternam, idem Theoph. tradit esse arbitrantur ac validam, ac vetustate Loti modo nigrescere: ideo furculas ex ea circosque faciunt: item nauibus tornacula: similiter & auriculas Liburnicis, & testudines atque firmamenta.

Fructus & sus.
Aluum fluxam facit Stomachus. Fluxiones. Noma. Tonsil. inflam.
Mori fructus, ut scribit Diosc. aluum soluit, facile corruptionem sentit, & ventriculo inimicus est. Hæc eadem ipsius succus præstat. Decoctus autem æreo vase, aut insolatus, adstringentior redditur. Admixto mellis exiguo, facit ad fluxiones, nomas & tonsillarum inflammationes. Sed augetur eius vis adiectis, Alumine scissili, Galla, Myrrha & Croco: insuperque fructu Tamaricis, Iride ac Thure. Immatura autem Mora siccata contusaque, Rhois vice obsoniis admiscetur, Cæliacosque iuuant.

Caliaci.
Radice verò cortex decoctus in aqua & potus aluum soluit, latas ventris tineas expellit, & iis auxiliatur qui Aconitum hauserint.

Purgans.
Folia trita cum Oleo imposita, ambustis igni medentur. Cocta verò in aqua pluuia cum Vitis, Ficique nigra foliis, capillum tingunt. Succus foliorum Cyathi mensura potus, à phalangio demorsis opitulatur. Corticis autem in foliorum decocto dentes aptissime in dolore colluuntur.

Vermes. Ambusta. Fucus.
Cæterum radix circa messem circumfossa & incisa dat succum, qui quodammodo concretus postridiè reperitur. Is ad dentium dolores efficax est: tubercula discutit, aluumque purgat.

Morsus phalang. Dolor dentium. Succus è radice. Concretum.
Quod hoc in loco Diosc. succu dentium dolori cõferre scribit, id Montuus, & post eum Schenck. ita tradere videtur. Ut dens putris sine ferro citra dolorem eruatur, capsulam ex gummi arboris Mori imponit o.

Tubercula.
Galenus eadem ferè cum Dioscoride habet sed specialius diducta, & aliis quibusdam adacta: ex cuius etiam verbis perspicue est intelligere, quomodo *κακοσώμαχα* sint & quomodo non sint: Mori, inquit, fructus, maturus quidem ventrem subducit, immaturus verò vbi aruerit, admodum restringit. Itaque ad dysenterias accommodus est, & affectiones caliacas, & quascunque alias fluentes. Contunditur autem ac obsoniis commiscetur, veluti Rhois, fructus: aut si cui ita videatur, ex aqua aut vino bibat. Porro quod maturorum succus ad stomatica medicamenta sit utilis, propter eam videlicet quæ illi inest, adstrictionem neminè latet.

Purgans.
Præterea ad alia complura particularia quæ mediocrem poscunt adstrictionem, competit. At immatura Mora, præter acerbicatem, etiam aciditatem sortita sunt, & tota aded arbor in omnibus suis partibus mistam aliquam vim obtinere videtur ex restringente & purgante compositam. At tamen in radice cortice purgatoria cum quadam amaritudine exsuperat, aded vt & latum lumbricum interficiat, in aliis autem partibus restringens vincit: in foliis tamen & germinibus quodammodo media vtriusque temperies est. Ipsa porro Sycamina celerimè pertranseunt, cibique aliis præeunt, si in ventriculum purum in-

Adminstrandis modis. Stomatice.

Radices purgantes.
ciderint & sumpta primis epulis fuerint. Quod si sumpta post alios cibos fuerint, aut etiam prauum succum in vetriculo offenderint, celerimè vnà cum aliis cibis corrumpuntur nouo quodam corruptionis genere & quod verbis explicari nequeat, vt in cucurbitis accidit. Omnia enim hæc, si modò celeriter incorrupta subfederint cibis fugacibus minùs sunt noxia: sin minùs, corrumpuntur non aliter, quàm Pepones, quanquam hi quoque, si celeriter subducantur, nullam magnam noxam adferunt. Tempus autem vtendi, vt Peponibus, ita & Moris est, cum corpus ventriculi squalore æstuat, quo tempore necesse est quodam modo hepatis quoque idem accidere. Cucurbita quidem & Cucumeri tum maturo, tum ante maturitatem, adhæc & Melopeponi, nulla adstringens qualitas inest: Sycaminis verò, & potissimum, cum nondum admodum maturuerint, qualitas eiusmodi conspicuè inest: immaturioribus autem inest simul & acida. Proinde nonnulli ipsa ab arbore detrahentes ac siccantes reponunt, medicamentum ad dysenteriam ac diurnam Diarrhæam curationem utile sibi futurum. Quod verò celeriter subducantur fortè accidit propter solam substantiæ humiditatem ac lubricitatem, fortè etiam propter admixtam qualitatem quandam acriorem, quæ deiectioni excitandæ satis esse possit, quandoquidem qualitas adstringens non modò ad subductionem nihil confert, verum etiam suapte natura ventrem constipat. Coniectura itaque est, Mora exiguam in seipsis habere facultatem eiusmodi, qualis magna medicamentis purgantibus inest, cuius beneficio non modò facilè secedunt: sed corrumpuntur etiam si diu in ventre manserint. Quod si corrupta non fuerint, omninò quidem humectant, non tamen omninò refrigerant, nisi sumpta fuerint frigida: alimentum autem corpori præbent minimum, quomodo Pepones, non tamen, vt ii, vomitum excitant, nec stomachum lædunt: *Hæcenus Gal.*

Quomodo cito corrumpatur fructus in ventriculo.
Tempus vtendi.
Siccata.
Dysenteria. Diarrhæa.
Cur aluum lubricum reddant?
Partim nutrit.
Audiamus & Plin. qui postquam de Mori Ægyptiæ viribus egisset subdit: Nec apud nos succo vltus minor. Aduersatur aconito & araneis, in vino potus. Aluum soluit, pituitasque ac tæniæ & similia ventris animalia extrahit. Hoc idem præstat & cortex tritus. Folia tingunt capillum cum Fici nigra & vitis corticibus simul coctis in aqua cælesti. Pomi ipsius succus aluum soluit protinus. Ipsa poma ad præfens stomacho utilia, [Diosc. inutilia dixit] refrigerant, sitim faciunt. Si non superueniat alius cibus, intumescunt. Ex immaturis succus sistit aluum. Fit ex pomo pancrestos stomatice, eadem arteriace appellata, hoc modo: sextarii tres succi ex Pomo, leni vapore ad crassitudinem mellis rediguntur: Pòst additur Omphacii aridi pondus denar. ii. Myrrha denar. i. Croci vnus, simul trita miscentur decocto: sic enim legendum ex vetustiss. codicis auctoritate, teste Corn.] Neque est aliud oris, arteriæ, vna, stomachi iucundius remedium. Fit & alio modo. Succus sextarii duo, mellis Attici sextarius, decoquantur vt supra diximus.

Aduersus araneos. Tania.
Pancrestos stomatice. Stomachice.
Huic apud Galenum Hierè similis est ex Moris compositio. Succus Mororum heminas sex ad strigmentitiam spissitudinem coquito. Deinde tritis Croci drach. j. Myrrha drach. ij. Omphacii drach. j. Alum. scissi obolos iij. Mellis heminam vnã addito. Hæc ad vnas, tonsillas, ac omnes, quæ repente oriuntur in ore inflammationes conueniunt.

Alius modus. 2. Alium.
3.
Aliam ex Moro stomaticen idem Gal. ex Andro-

dromacho recenset. Caterum Plinio neutiquam consentit Horatius, inquenti, intumescere Mora comesta, nisi alius superueniat cibus, vt his declarat versibus:

— ille salubris

Aestates peraget, nigris qui prandia Moris

Finiet, ante grauem qua legerit arbore Solem.

Nec Dioscoridi consentit Diphilus Siphnius Medicus apud Athen. sic scribens: Sycamina, quæ & Mora nuncupant, succum mediocriter bonum generant, parum alunt, celeriter excernuntur, & siccata, hoc est, ventriculo grata sunt. Peculiari verò facultate ante maturitatem lumbricos expellunt [hoc Dioscorides de cortice radice scribit.]

Podagra.

Pythermus, vt inquit Hegesander, memorie tradidit, æuo suo Moros annis viginti fructum non edidisse, & popularem morbum podagram ita fuisse grassatam, vt non solum viros, sed etiam pueros, virgines, eunuchos, mulieres is morbus corripuerit: quin & eam egritudinem aded vehementer sauiisse in greges, vt ouium partes duas ille morbus affligerit.

Mira sunt præterea, inquit Plin. quæ produntur. Mori germinatione, prius quam in folia exeant, sinistra decerpi iubentur futura poma: ricanos Græci vocant [Cytinos Hermol.] Hi terram si non attingere, sanguinem sistunt adalligati, siue ex vulnere fluat, siue ore, siue naribus, siue hæmorrhoidibus: ad hoc seruantur repositi. Idem præstare & ramus dicitur, Lunâ plenâ defractus, incipiens fructum habere. Si terram non attingerit, priuatim mulieribus adalligatus lacerto contra abundantiam mensium. Sed veremur ne superstitione eiusmodi remedijs generibus sit profacultate.

Sanguinis fluores.

Menses. Plin. not.

Serpentum istum. Contra Scorpiones.

Diamoron aliud.

Stomatice. Vulnera.

Aliud.

Noma. Pectus. Viscera. Dentes.

Ambusta. Dentium dolor. Apoptema. Purgans. Ptilothrum.

Diamorum Recentiorum

Diamorum Cordi.

Vtiliora sunt quæ sequuntur. Folia Mori trita, aut arida decocta, serpentium ictibus imponuntur. Ad idemque potu proficitur. Scorpionibus aduersatur è radice corticis succus ex vino aut posca potus. Suecum expressum maturi pomi immaturique mistum coquebant Antiqui in vase æreo ad mellis crassitudinem. Aliqui myrrha adiecta & cupresso: vel, vt alii malunt, passo, prædurantes, vas Sole torrebant permiscentes spatha ter die. Hæc erat stomatice, qua & vulnera ad cicatricem perducebant.

2. Alia ratio: immaturi succum exprimebant, ficcato Pomo multum saporibus conferente. In medicina verò contra nomas, & pectoris pituitas, & vbiunque opus esset adstringi viscera. Dentes quoque colluebant eo. 3. Tertium genus succi, folijs & radice decoctis, ad ambusta ex oleo illinenda: imponuntur & per se folia. Radix per menses incisa, succum dat aptissimum dentium dolori, collectionibusque & suppurationibus. Aluum purgat. Folia Mori in vrina madefacta, pilum coriis detrahunt. Placuit hæc ex Plinio ad verbum transcribere, quamuis pleraque & à Diosc. tradita videantur, sicut & ipse Veteres citat Plinius: sunt tamen & quædam à Plinio superaddita, quæ excindere ex Plinii verborum serie nolimus. Et quoniam iam aliquot Diamori descriptiones ex Diosc. Gal. & Plinio proposuimus, merito & eam adscribendam censuimus, quæ hodie in Pharmacopæorum Officinis parari solet ex descriptione Nic. Florentini.

Succi Moror. Celsi lib. sem. Succi Moror. Rub. lib. j. Mell. opt. despum. Sapæ vnc. iii. Cordus loco sapæ succos Mori Rubi Idæi & Fragorum, pari singulorum cum succo Mororum pondere addit. Vtus ad depascentia oris vlcera, ad dentium affectus & gingiuarum noxas, atque ad omnia oris vitia

Tom. I.

cum aq. conuenienti succo vel decocto gargarifatus non sine magno profectu Potest etiam omnibus ferè supra scriptis morbis diuersimodè accommodari.

Aegineta autor est, Mora impensè humectare & mediocriter refrigerare: Neque tamen hæc facultates acerbitati & aciditati, vt Curtius putat, eorum tribuendæ; cum vtraque illa facultas terrestribus alicuius nature potius sit focia, quam humiditatis. At immaturis vtramque inesse non negamus. Succus illorum, Cyathi pondere contra phalangiorum morsus auxilio est. Sub dio verò in vino decoctus & bibitus, ventris defluuia compescit, vel Sereno hoc testante his versibus.

Arbre pyramæ cortex direpta liquetur

Axe sub æthereo, sic nigro mixta Lyæo,

Immensum poterit potu retinere fluorem.

Bayrus ad defluuium capillorum radices Celsi exorticas atque combustas coquit cum oleo rosæ & vngit.

Constat (inquit Matth.) alba Mororum astringentem facultatem longè minorem, quam nigra esse adepta (et si Diosc. & Gal. alborum non meminerint) & multa & perspicua, sed paululàm insipida dulcedine: in maturis nulla adstringendæ vis planè percipi potest. Quare nec ita vt nigra in medicos vsus assumuntur, quanquam magis nigris alvum subducant.

Schuenckfeld. annotat folia x aceto ambustis mederi Camer. Anno 1559. tantam annonæ penuriam Italiæ loca quædam pressisse, vt pauperioribus turiones Mororum in alimentum cesserint.

Ex Mori etiam materia, autore Marcello, paratur Italis igniarium, si, (vt ferè matutino tempore fit) extinctis ignis hesterni reliquijs omnibus, instaurandus iterum focus sit. In quem vsus mutuo eius ligni attritu flammam excitari dixerunt. Eandem vim Mnestor apud Theophrastum Moro tribuit, quod ad excipiendum ignem aptissima videtur ob maturiæ lentorem.

Tradunt & pastorum religione olim consecratam, nunquam nisi sanguineo eius Pomi succo tinctis corporibus, Pana numen suum precibus & votis ad suam sui que gregis opem inuocantium. Superest insignis ille foliorum vsus, quibus quadraginta ferè diebus à vergiliarum exortu vsque ad solstitiũ pasti vermes serici plastæ, velleris nunc omnibus notissimi quo principes quondam & magistratus ornabantur, vt esset potestatis & honoris insigne: nunc autem promiscuo vsu ad plebem, & vtinam non ad meretricium luxum pelluentem translaturum, vel in agris etiam sordere cæperit.

Plinius id vestimenti genus scæminis olim tantum in delicijs habitum haud obscure insinuat: nec puduit tamen has vestes vsurpare etiam viros, leuitatem propter æstiuam. In tantum à lorica gerenda discessere mores, vt oneri sint etiam vestes, vt merito cum Seneca rogemus: nonne videntur tibi contra naturam viuere, qui committant cum scæminis vestem? Nec sine ratione Tiberius olim, vt refert Tacitus, promiscuas virorum & scæminarum vestes accusabat.

Porro siue nendi, siue texendi varium serici artificium, immò si ipsam animalculorum admirandam inspicias naturam & varietatem tam vitæ, quam operis, nullibi sagaciorum naturam, industriam magis deprehendas artem: at si vsus & reditus, qui inde manant spectes, haud vanè tantoperè Italis atque Hispanis hodiè etiam Gallis atq; Germanis optabilem haberi cœptam, vt sint, qui in re rustica Morum etiam vitibus &

Temperam

Curtius not.

Phalang. morsus. Vetus profluua.

Defluuium capillorum

Alba fructus vici.

Purgans.

Observatio.

Igniarium.

In sacris adhibitis pastoribus.

Oleis aded præferendam censuerint, quoniam in Italia vestigal præcipuum iamdudum esse cœperit, annonamque nihilò hercle minùs, quàm vitis & Olea augeant.

Præfertur tamen ab omnibus, copia & teneritudine foliorum magis [vt inquit Marcellus] quàm bonitate. Motus candida, præcis naturæ cultoribus atque historiographis, vt videtur, ignota, & in Italiam non nisi serò translata, quando, [vt iam priùs monuimus] nec Theoph. aut Plin. nec in disciplina ruris tot Latini auctores aliquid de ea tradiderint: non relicturi in augenda domini re tam facilem simul & honestam quaestus rationem, si quod tam latè nunc patet tractare & exercere, eà quàm nunc exercetur ratione, & ipsi quoque didicissent. Fuisse tamen serici, & quidem bombycum opera facti, apud ipsos vsus maximum, vel ex Plinij historijs abundè patet, sed longè differente

ab hodierno conficiendi modo, de quo ipsemet consuli potest. De bombycum historia, & foliorum administrandi ratione specialiori hic tractare superfedemus, cum breuitatis causa, tùm verò quòd istud negocij iamdudum mihi [Cherlero] datum nouerim in historia mea Insectorum.

Non omittendum quod Porta in noua sua Philosophandi ratione, à signaturis petita, annotat. Mora in somnijs visa vulnera portendere ob colorem. Immaturum, hoc est, nondum perfectè maturum, quia rubeus sit, tunc præcipuè astringere ac sanguinem reprimere: maturum verò, quia nigrescat, soluere aluum: quos effectus vt concedimus, ab ijs coloribus tanquam causis produci: immò nec *τρυφήρα* quidem censemus vel signa infallibilia. Dicemus & hoc ne *ειρώρα* quidem verè ac propriè censerì posse, quibus temerè fides in arte sit habèda. Sed hæc alteri⁹ sunt tractationis.

Mora in somnijs visa quid denotent?

Porta not.

DE SYCOMORO ET FICV CYPRIA.

C A P. LXIIII.

Sycomorus Matth.

Sycomorus Alp.

Ficus Cypria.



Descriptio

Folium.

IN sicco nostro Herbario folium habemus Sycomori, paulò palmà latius, longitudine aliquatò maiore, in obtusum mucronem desinens, nonnihil sinuatum, quod secundum longitudinem percurrit nervus, vnde oblique in latera venæ, propaginibus suis quoque donate, porriguntur, quale ad figuram Ficus Cypriæ adpingi curauimus. Sycomorù siccam præterea vidimus apud Celeberrimum Virum D. Vlysses Aldroandum, Professore doctiss. & rerum naturalium peritissimum, Medicum Bononiensem, cuius figuram exhibent Bry Fratres in æneis tabellis effigiatam.

Rauu Goltzj descriptio.

Fructus.

Ex totius arboris inspectione descriptionem dedit Rauu voff. vt sequitur. Tam Cypria quàm Aegyptia Ficus syluestris, seu Sycomorus, proceritate crassitieque Morum albam adquat folijs quoque consimilibus donata, paulò tamen magis rotundatis, in ambitu nullis incisuris crenata, serrataue: Fructus ferunt nostris Ficubus non absimiles, dulciores tamen, cenchramidum expertes, bonitateque inferiores: quò fit vt minoris estimentur, magnaue ex parte in pauperum vsus cedant diuendui. Vtraque species caudice, folio, fructu admodum est simili: absque eo quod

vt huic fructus inferiùs potiùs est in ramis maioribus ipsòque etiam caudice, ita illi, iudem nascuntur non in ipsis ramis, sed in priuatis furculis, foliorum expertibus, spithamam longis, plarumque admodum conferti. Fructus ferunt hæc arbores ter quaterue quotannis, paruos, ad cinereum colorem vergentes, ex oblongo rotundos, Prunorum instar, toto ferè anno in arbore sua inueniendos.

Alpinus sic describit. Maxima arbor ramos latissimè spargens, folijs Mori crassioribus, candidioribus atque asperioribus. In sitionem Fici supra Morum plures Aegyptii asserunt. Truncus, rami, cortexque, fructus, lac, foliorum asperitas colorque Fici apparet: foliorum figura & magnitudo Moro respondet. Fructus tardè, neque perfectè maturescit, atque saporem aqueum & iucundum habet: nunquam multis fructibus caret, qui caudici adnascuntur, minimèque ramis: neque fructum producit hæc arbor, nisi priùs multis verberibus sæpè laceretur, sic vt caudicis cortex vulneretur, vnde exiguus furculus Ficus fert modò ternos, modò quinos, modò septenos & plures etiam. Ex seminibus non nascitur, sed ramis propagatur.

Alpini descriptio In sitiones ex Fico & Mora comparata.

Ad hæc

Amoiz.

Ad hęc Leo Aphric. lib. 9. Ficus Aegyptia, incolis dicta *Giamix*, arbor & folia si milia ceteris ficibus: Verũ in uxor est insignis altitudinis & crassitudinis: fructus non fert supra ramos nec in extremitate eorum, sed tantũ ad radicem arboris, ubi nulla folia: saporidem, qui ficibus vulgaribus, crassi & violacci odoris. Considerandum an benè describatur Ficus Aegyptia à Leone foliis similibus Ficibus, quandoquidem alii aliter tradunt.

Sycanos Aegypti Plinius.

Συκαμινον Aegypti propriam, & Ficum Cypriam describit Theophrast. & ex eo ad verbum penè Plinius in hunc modum. Et in Aegypto multa genera, quæ non alibi. Ante omnia Ficus, ob id Aegyptia cognominata. Arbor Moro similis folio, magnitudine, aspectu. Pomum fert non ramis, sed caudice ipso. Idque ipsum Ficus est prædulcis, sine granis interioribus, perquam sæcundo prouentu, scalpendo tantũ ferreis vnguib: aliter non maturefcit. Sed cum factum est, quarto die demetitur, alio subnascente &c: In Theophrast. autem quedam emendanda: nam pro *ὅμοιον* leg. *ἴδιον ἄνδρα* ex Plin. & ad τὸ φύλλον, addendum *ὅμοιον*, ex ipso sensu.

Theoph. le- Aio proba- tur.

Quod verò Theophrast. ait Ficum Aegyptiam fructum ferre non surculis, non ramis, sed caudice ipso: quàmque lententiam & Dioscor. sequitur: Athen. aliter habet, sic: *φίρει καρπὸν ἀπὸ τῆς ῥίζης καὶ ἀπὸ τῆς ὀπίσθης κλάδων*. ubi, *επικέρσια* teneros ramos vocauit. Gal. verò in 2. de alim. fac. cap. 33. omnia hæc aliter, & fortè corruptus codex est.

Sycomorū Etymon.

Testatur Galenus se arborem vnà cum fructu in Alexandria vidisse, fructum quidem consimilem Ficum parua albæ. eumque in medio Mororũ eacicum locari posse ait. Vnde etiam nomen sit indeptus, à similitudine videlicet, quam ad vtrumque fructum habet, vnde Sycomorus dicitur. Insuper etiam ridiculos eos esse ait, qui Sycomora dicta putant, quòd fatuis Ficibus, hoc est, *τοῖς μαλακοῖς σπυροῖς* similia existant. Quibus verbis palmam est Dioscor. ab eo notari, quem & ipsum de Sycomoro tradentem audiuisse par est.

Sycomorus Sycaminos.

Sycomorum, inquit ille, aliqui etiam Sycaminum vocant: cuius fructus Sycomoron quoque propter ignauium infirmumque saporem appellatur. Est autem arbor magna, Fico similis, largo succo abundans: (*πολύσοποι ἢ πολύχυλον* ex Theophrast. vulgata quedam *πολύκομον* habent. & Sarrac. testatur, in vetustis codicibus *πολύχυλον* legi, sicque & Serap. & Ruell. legisse videntur: & id ipsum etiam Plin. innuit, quando aliàs multo lacte, aliàs largo succo abundare Ficum Aegyptiã dixit) foliis Mori. Fructum & ter quaterue anno profert, non è summis ramis, vt Ficus, sed è caudice ipso, caprifico similem, grossis dulciorem, sine granis interioribus: quique non maturefcit, nisi vngue ferroque scalpatur.

Fructus Sculptura.

Athen. Sycomori seu Ficus Aegyptiæ fructum indigenæ, ubi ferro leuiter scalperint, in ipsa plãta relinquunt: tandem verò vento iactatus, eã curã intra triduum maturefcit, odorũque sit ac esu iucundus, præsertimque si Fauonius spirauerint. Et ante Dioscor. Athen. & Plin. dixit Theophrast. maturefcere nequit, quin scalptus fuerit, id quod ferreis præstant vnguib.

Cur verò citra scalpturam eius fructus maturefcere vix queatidem Theophr. declarat alibi, sed oleo quoque perungi debere ait post scalpturam, idque nisi fiat maturitatem adipisci non posse, propter affluẽtiam pabuli: siquidem scalptu aliquid humoris prolicitur.

Quod ad scalpendi modum, Theophrast. Plin.

& Athen. ferri tantũ meminerunt, vel vnguis ferrei: at Dioscor. & vnguis simpliciter, & ferri. (*ὄνουχι ἢ σιδήρου*) sed parum in ferre videtur, siue humano, siue ferreo scalpatur vngue, modò scalpatur, quòd & alio instrumenti genere fieri queat. Sed sola scalptura non sufficit, sed & oleo inungi oportere aliquoties inculcat Theophrast. quòd Plin. non obseruauit, ita parũ consideratè scribens: scalpendo tantũ ferreis vnguib: &c: quamuis nec ipse etiam Dioscor. vel verbulo solo meminerit olei, nec Athen. qui tamen pleraque ex Theophrast. mutati videntur, aut certè omnes hi ex aliquo vetustiore.

Cæterũ Dioscor. eam Ficum quæ in Cypri nascitur, (quam Cypriam vocauimus) ab Aegyptia specie differre ait: quippe, inquit, quæ Vlmus (*πτελέα*) cum sit, folia Sycamini [Sycomorū Cornvertit] refert: fructum verò Prunorum magnitudine [*τὸ μέγεθος κοκκυμύλων*] & quàm Pruna ipsa dulciorem. Cætera omnia antedictis similia sunt. At Theophrast. hanc Cypriam Ficum paulò aliter describit. Nam arboris caudicem, cui fructus adnascitur, Populo albæ (*τῆς λεύκης*) similem facit: folium (*τῆς πτελέας*) Vlmo. At Plin. in hoc tantũ à Theophrast. discrepat, quòd non Pruni sed Sorbi fructum dicat esse magnitudine. Sed à magnitudine e exigua differentia, modò paruum, aut mediocriter tantũ Prunum cum Sorbo conferas maiusculo.

Ficus Cypria ex Diosc.

Theoph. Ficus Cypriæ.

Vides itaque Dioscor. cum Theophrast. Cypriam Ficum à Sycomoro diuersam facere, hancque inter Vlmorum genera referre. Plinius disiungere videtur, quando ait: Mora in Aegypto & Cypri sui generis, vt diximus, largo succo abundantissimo cortice desquamato, altiore plaga siccantur, mirabili natura. Athen. quoque separatim de Cypria Fico agit, lib. 3. qui iam de Aegypto lib. 2. tradiderat. Nihil verò aliud, quàm Theophr. citat verba, quæ cum iis, quæ supra ex Plinio adduximus penè coincidunt. Verũ Athen. cum Theophr. in hoc tantũ differt à Diosc. quòd hic arborem Vlmo similem esse tradat, ille folium tantũ. Sunt tamen qui apud Theophr. pro *πτελέα* legendum censeant *πτελέα*, eo sensu, adultam Populo similem esse. Lectionem tamen vulgatam Diosc. confirmare ait Dalech. quòd non simpliciter verum, quippe qui arborem ipsam, non folium, vt illi, similem Vlmo dicat esse, sicut dictum.

Vlmi generi.

Mora Aegypti Plinio Mora Cypri.

Diosc. not.

Diosc. cor- red.

Cæterũ haud supinè hoc loco pretereundum, quòd & cap. superiori de Moro obiter monuimus, Plin. lib. 16. c. 38. Moro tribuere, quæ Sycomoro competunt, quando sic inhit: Mirum, hïc in Moro Medicis succum quærentibus, ferè [verè M.] hora diei secunda lapide incussus [incisus M. incussò vet.] manat, altius fractus cortex siccus videtur. Quod sanè Dioscor. manifestè de Sycomoro refert, his verbis: Liquorem verò fundit arbor [Sycomorus] primo Vere, priusquam fructum proferat, lapidis iculsummo cortice desquamato: si enim frangatur altius, nihil quicquam emittit. Spongia aut vellere lachryma colligitur, quæ siccata & in pastillos coacta, sicili vase reponitur, ex quibus Diosc. verbis facit Plin. restitui potest. Sed diuersimodè hic locus apud ipsum quoque Diosc. legitur. *ναρὸν δὲν δὲν πέντε καρποφορεῖν ὁπίσθου*. Dalech. nempe lacteum succum ex arbore tenella colligitur priusquam fructum ferat. Plin. pro *ναρὸν*, aut *εἰς αὐτὸν ἀραιγὸν* seu *εἰς ὄστρινον*, aut tale quid legisse videtur, quando diei horæ secundæ mentionem facit, quæ in matutinum tempus inciderat, vt clarissimi Scriptores anno-

Plin. nota.

Succum emittit Sycomorus.

Modis vobis legendi. Diosc. illustr.

tant. Ruell. primo Vere arbore tenera, succum eximi vertit apud Diosc. tanquam *εαρνον* pro *νεαρνον* legisset. Vulgata exempl. habent *καρποροσησει νεαρνον*. Sunt qui facilem lapsum animaduertentes, *αυτη το νεαρνον*, *εαρνον* simpliciter reposuerint. Sed vetusti codicis lectio plausibilior, quam & Sarrac. secutus: *πενυ καρποροσησει εαρνον φρατε*.

Porro vero similis esse putat idem ex adulta, quam ex tenella adhuc nouellaque arbore tantum succi emanare, vt facile spongia aut vellere excipi possit: quippe cum nouella necdum adulta arbores vix amplius succi habeant, quam quod ad ipsarum incrementum satis esse possit. Sed mirum, Virum alioqui doctissimum modestissimumque ed securitatis delapsum, vt de arbore sibi incognita, siue nouella siue adulta iudicium in re propria ac ei specialiori ferre sit ausus: mirum etiam ed obliuionis eum lapsum, vt non recordatus sit, quod & a se annotatum, hanc arborem Theophrasto *πολυπορον*, vel vt ille apud Diosc. legit ex vet. cod. *πολυχλον* dici, vt iam non amplius dubitandum sit, incisione vel in tenellas [quales, aliter quam ipse censet, succulentiores ferè in vniuerso arborum genere ad proportionem esse solent] vel in adultas facta, tantum effluere succi, vt spongia excipi queat, nec tamen deficiat ipsi pro incremento. Quippe si multum reddet, multum etiam trahet, vt patet in frequenti eius fructificatione.

Corn. Celsus de Phrenitide tractans, in qua quidam somnum moliantur, alii addit, vel Amomum vel Sycamini lachrymam fronti inducunt. Hoc nomen apud Medicos reperio. Sed cum Greci Morum Sycaminum appellant, Mori nulla lachryma est: sic verò significatur lachryma arboris in Aegypto nascentis, quam ibi *Μοροϋχ* appellant: quæ postrema verba Histor. Lugd. apud Celsum supposititia esse censet, ex cuiusdam glossemate, qui Celsum vellet liberare ab ea dubitatione, quâ hæsitabat inserta textui.

Porro *Συκμινον* Theoph. seu *Συκομορος* Diosc. & Gal. apud Lucam Evangelistam etiam *Συκομοραία* dicitur: supra vnam ascendit Zachæus, cum vellet Christum videre. Eidem, quod fructu carentem vidisset Christus, maledixit, vt ne posthac ferret fructum, & mox exaruit, vt historiæ nos docent Euangelicæ. Idem de hac arbore statuunt Bellon. Ravvolff. & alii qui illas regiones perustrarunt. Item Matth.

Quin & D. Hieron. Sycaminum arborem Syryæ peculiarem dicit: eius etiam meminit Elai. c. 9. & Amos 7. *Συκμινον αιγυπτια*, Morus Aegyptia, *Συκομορος, η Συκη αιγυπτια*, quod nomen etiam Cætoniæ arbori improprie attribuitur, autore Theophrast. Appellatur vulgò Syris Ficus Pharaonis, testibus Gesn. Bellon. & Rob. Const. qui & *Gieumeiz* iisdem in Syria dici testatur.

Aceris speciem, [inquit Bellon.] Obs. lib. 1. c. 2. quibam Sycomorum existimant, licet Sycomorus rara sit planta, quæ nunquam visa fuit, nec syluestris nec culta, nec in Græcia, nec in Italia. Quales verò in Palæstina conspiciuntur, ramos in trunci summo gerunt in ferti speciem: patulæ sunt admodum, foliis agminatim iuxta se inuicem positis, trunco crasso.

Idem tradit, iuxta Cairum, in horto quodam Matereo dicto Sycomoros quoque haberi, quos Ficus Pharaonis vocitent. Fructus eorum, inquit, similes essent nostris Ficibus, nisi exterius essent rubri, magnitudine oui, & perpetuò ferè fissi & aperti. Sicci nihil valent, sunt enim duri, exsucco, granosi, gustu ingraro & fatuo, iis præsertim qui

his non sunt assueti. Recentes magis probantur, qui tamen nec ipsi, si quod res est faten velimus, maximè commendandi videantur, quamuis in Aegypto magni fiant ex iis reditus.

Dod. gloriatur Sycomori rami cum fructu ac foliis ad se misisse Cortusum, quod nobis sanè non sit verisimile. Nam quomodo ramum fructibus ac foliis onustum accipere potuerit, fatemur nos neutiquam intelligere, cum iam prius ex Theophr. Plin. & aliis atque ab ipso ad eò Alpiro teste oculato didicerimus, fructus caudici adnasci, minimèque ramis. Proprius igitur considerandum fuit ac inspiciendum Dodonæo, quid à Cortuso acceperit. Botanici sumus, non plaustro vel currus, vt truncos feramus pro ramis aut furculis.

Præterea mirari subit eundem in post. sua Hist. retinere fictitiam illam suam iconem, quam iam olim foliis serratis, & ramis fructibus stipatis, etiamque minoribus iuxta folia, exhibuerat.

Arborem Aegyptiam esse fatetur quidem Amatus, sed in India quoque procerè crescere tradit, & sicut ab iis, qui ex Alexandria & India ad nos sunt reuersi, acceperit, similem esse Moro. Multi [addit idem] *Ficum Adami* appellant, quia in ea Adamum peccasse credunt. At India Historiographi *Ficum Indicum* à Sycomoro diuersam tradunt, de qua nos paulò post.

Quod de Adama dictum, etiam Lonicerus refert: de quo nihil certi asserere possumus.

Sed Lonice. sicut & Lacuna figuram fictitiam Matthioli commentum habent, qui ait, imaginem Sycomori sibi à D. Aldroando missam. At in primis comment. pinxerat ex descriptione vel suo potius cerebello, folio omninò Mori, quam secundò in Diosc. editis comm. tanquam fictitiam reiecit, aliamque substituit, quamque & nos exhibemus primo loco: sed valdè veremur ne & ipsa aliquid fictitii præ se ferat, præsertim cum Alpini eiconi qui arborem ipsam vidit non respondeat. Nobis sanè olim Patavii à Pharmacopæo ad Aquilam pro Sycomoro exhibitum, quale *Ficum Cypriæ* ex Ravvolffii Hist. desumptæ ad pingi seorsim curauimus.

Camer. ad Hist. Matth. Germ. pingit portionem ex fig. Matth. decerptam, & alteram Sycomori Cypriæ Ravvolffii, quibus addit figuram folii similis ei quod Gesnero à nobis communicatum fuit.

Pena & Lob. sibi amicos & studiosiores quosdam ambulones Monachos qui hanc arborem in Syria profecti viderint, ita oratione representasse testantur, similiorem multò Moro, quam Ficum: fronde Apocyni aut Mori, & cognitu facillimam de fructu, qui caudici, aut imis ramis propè alashæreat, media inter Ficum & Morum constitutione & figura, pusillam Ficum æquante, granulorum tamen iatus experte. Granulis etiam carere tradiderunt Veteres: & Alpinus atque Ravvolffius ipsi qui *αυτη δεασσιν* idem testantur.

At Bellon. contra, Sycomori fructus plenos granis, Cæchramides, *κεχραμιδες* Græcis dictis, esse conceptis verbis testatur, vt ex eius descriptione paulò antè allataliquet, propter quæ & ingratum & odiosum vetustiore exiccatumve fructum esse ait: in quam rem studiosi peregrinantes diligentius obseruabunt.

Alpinus tradit fabulosum esse, quod dicit Matthioli. truncos ramosque huius arboris nunquam siccati, nisi prius in aquam proiciantur, & morentur aliquantulum. Verum istud Matthioli inuen-

Sarrac. not.

Germ. Celsus.

Maroϋχ.

Sycomoraa
in sacra
scriptura
elara.
Sycam.
Aegypt.
Morus
Aegypt.
Ficus Aegypt.
Ficus Pharaonis.
Gieumeiz
Aceris species.

Bellon. descriptio.

Ficus Pharaonis.

Dod. not.

Alter Dod. error.

Ficus Adami.

Amatus not.

Lonice & Lacuna not. Matth. not.

Præposita icones declarantur.

Gesnero.

Pena & Lobel.

Similior Moro quam Ficus.

Controversa an fructus sit granulosus.

Bellon.

Matth. a reprehensione Alpini Ginde. stur.

tum non est, sed ante eum Theoph. & Plin. scripserunt materiem eius stagnis mergi, quod eius siccatum fit, quæ tamen verba alii aliter accipiunt & interpretantur, Plinium igitur potius vel Theophrast. reprehendere debuit Alpin. quàm Matthiolum, nisi forstè Matth. nimium dixerit in eo, quod absque iniectione in aquam nunquam siccatum tradiderit: de qua re nihil adhuc nobis certi constat.

Illud notandum in Alpini figura à Matth. diuersa Ficus non adharere trunco sine petiolis. Vtra nunc verior sit figura Matth. an Alpini, iudicabunt, qui vtramque cum fructibus viderint.

Cæterùm considerandum an aliquid, cum Sycomoro commune habeat Theueti arbor, quam is in regione Catay nasci refert, quæ Phœtel dicatur, fructum edere magnum, Muzæ Aegyptiæ fructui parem, sed paulò breuiorem: quam ob causam nonnullis Ficum Pharaonis dictam: folium habere Plantaginis, sed paulò spissius: fructus ligno inharerentes. Arborem octo cubitorum altitudinem vix superare. In qua tamen descriptione quædam à Veterum & Recentiorum descriptione diuersa sunt. Vtramque speciem ab Antiquis traditam agnoscit, additque eam, quæ in Cypro prouenit Ficum syluestrem aut Sycomorum posse vocari Cyprioticam, vt prima species Aegyptiaca aut Pharaonica.

Curtius de Ficu Cypria diuersa tradit. Theophrast. & Plinium eius interpretem folii Tiliæ sed latioribus atque mollioribus dixisse, ait: radices ægere, vt Ficus urbana, crassas & lentas: molli medulla carere: cor autem solidum, minimè putrescens esse: quare materiem præualidam, ac sine lacte: Mespilo similem habere florem: fructum oliuæ magnitudine secundum Theoph. rotundiorum tantum, secundum Diosc. Pruni: Gustu esse Mespilaceo, dulciore tamen, & Aegyptiæ Fici aut cæterorum omnium generum suauiori. Hæc sanè eius sunt verba, mutatis tantum modo & casu. Quæ omnia demonstrant Curtium non distinguere Ficum Idæam, de qua Theophrastus, l. 3. c. 17. de ficu Cypria.

Sycamoros, Sycaminos, Morosycus, vel vt Celsus diceret Merosycus, Ficus Aegyptia. Marcellus putat posse etiam vocari Συκομωρον. vt sit, quasi stulta Ficus, propter saporis ignauiam, quæ sententia iam supra explosa est: nec quenquam hactenus inter probatos autores Græcos vidimus qui per ω scribat. Sycomorus Hebraicè dici possit Theena bacha: & iuxta Marcelli scripturam, Theena cefluth: sed Ficus Aegyptia iisdem Theena mixraim: Sycomorus Cypria Theena bacha copher, vt annotat Lonic. Arab. Mumeiz, Iumeis, Aliumeiz, Giumezei, Giemozeiz, Iumeiz, Giumeizi, vt diuersi diuersimodè scribunt. Alpin. etiam Giomez habet. Rauolf. testatur Moris & Arabibus hodierno adhuc die retineri nomen Mumeiz, vt circa Tripolim, qui & Wildeseygenbaum, Germ. vocat. Alii Aegyptische feygenbaum / aut Munlbeenfeygen, Adams feygen. It. Fico d'Egitto, Fico de Adam, Sicomoro. Gal. des Sicomoros, Fiques d'Adam ou d'Egypte. Hisp. Fuguera de Adam, Figo de Adam. Boh. Morusse.

Sycaminos siue Morea Dioscor. ea creditur, quæ Latinis Morus dicitur: autore Gesnero in catal. Goropio, in Vortumno, & Rob. Conk. in Lex. Συκομινια. Hipp. vt vult. Bened. Curt. nisi mendum sit Pomum Sycaminon, Aëtio fructus Sycamina & Sycomora. Est & Sycaminos, siue Sy-

comorus. Diosc. Συκομινια, aliquibus etiam Συκομινια. Theoph. Sycaminos Aegyptia. Sycaminifolio Ficus Cypria Dioscoridi: quibusdam Sycomori genus: Rauolfius eius iconem proposuit, quam exhibemus. Dalechampus existimat Ficum Cypriam Diosc. & Theoph. esse arborem Sebesten quæ Myxa fert. Sycamina & Sycomora dicuntur de Rubi Moris, vt videre est ex Curtio & D. Hieronymo, vt suo dicitur loco. Scribit Amatus eos toto errare celo, qui Sycomorum existimant esse Ficum agrestem in partibus frequentem. Sycomorus non est eadem cum Fico Aegyptia, vt malè vertit Gaza, Plinio suffragando. In Italia malè olim dicebatur arbor Azidaracht. Lotum inquit Amatus, Cerasum hyemale appellare solent quam non desint eorum aliqui, qui Sycomorum vocent: sed falsò. Nobis videntur loco citato multa conuenire, cum Lauto-ceraso, vt ibidem à nobis demonstratur. Acerem minorem & maiorem à quibusdam malè vocari Sycomorum dicitur alibi. Gesn. scribit Arborem Iudæ quibusdam dici Sycomorum.

Nascitur plurima in Caria, Rhodo, locisque non multi Tritici feracibus, vbi prouentu fecundo restibilibus iuuamentum adfert cum annonæ caritas premit. Diosc. Circa Tripolim copiosè prouenire ambas species Rauolf. refert. Item ad Turcarum monumenta in lustratione montis Libani. Prouenit & Alpino teste in arenosis sterilibusque Aegypti locis, citò crescit, diuissimèque, quod mirum videtur, viuit. Quædam Sycomorus in Materea visitur in cuius trunci cavitare credunt virginem beatissimam iram Herodis Hierosolyma fugientem, Christum seruatorem nostram adhuc puerulum occultasse. Abundat ea Syria, nec reperitur in Italia, si Anguil. credimus. Authore Bellon. locus vbi Christus maledixit Sycomoro, est in Bethania: is dixit sibi visas in Palestina non longè à Carbascara vbi erant diuersaturi, in planitie ordine dispositas quo disponantur iuglandes nostrates. Item alibi scribit: Incolæ Carii quia vexantur ardore Solis coguntur vmbra querere arborum virentium, ac idè colunt Sycomoros multis in locis & plateis.

Quidam, vt annotant Aduers. frustra sunt conati Italiae Hispaniæque tum Europæ, tum Indicæ inquilinam facere: nam ne germinauit quidem: tamen in syluis Syriacis per familiarem esse, vel Propheta testatur Amos, qui se opilionem dicebat, & legere solitum Sycomora illic aut locis vicinis: nec pauci sunt hodiè, qui eandem inibi illuc peregrinati viderunt. Cypria solum natale & ipsa specialius insinuat. In Iudæa nasci abundè sacra testantur literæ. Cautum est, autore Vlpiano I.C. cum de extraord. criminibus differit. Ne quis Sycomorum per Aegyptum excidat. Hæc autem maximè in Nili aggeribus plantata hos suis radicibus colligit, per quos Nili incrementa disponantur & coarctantur.

Pomum Sycomori tradente Diosc. alio vtile est, sed perquam exiguum præbet alimentum, stomachoque aduersatur. Lachryma eius vim habet emolliendi, vulnera congluinandi, & ea discutendi, quæ ægrè maturantur. Bibitur etiam, nec non & illinitur contra serpentium morsus, in scirrhum induratos lienes stomachi dolores atque perfrictiones, (φειρία) Celeriter verò teredinem sentit.

Fructus Sycomori, inquit Gal. nullam habet acrimoniam: exigua tamen dulcedinis est parti-

Phœtel.

Ficus Pharaonis. Folio plantag.

Cyprioticæ. Aegyptiacæ. Pharaonicæ. Synon. linguar.

Stulta Ficus.

Theenabacha. Mumeiz. Iumeiz.

Aequiuoca Morus.

Sycaminos.

Ficus Cypria.

Sequestem. Rubi adora.

Ficus agrestis. Ficus Aegyptia.

Azidaracht.

Laurocerasus. Acer minor & maior. Arbor Iudæ. Locus.

Carissio Iudæ. risonisulcorum de Sycomoro.

Vires & v. sus. Stomachicæ. Lachrymæ vires. Vulnera. Serpentium morsus. Liens scirrhus. Stomachi dolores.

Tempe-
ram.

ceps, estque facultate, vt Mora, humidior quodammodo ac frigidior. Quin potius in medio Mororum ac Ficum iure quis ipsum collocarit, indeque nomen ipsi arbitror esse positum. Et in 14. meth. K. T. in curatione tumoris ex crasso vaporosoque spiritu, mirum in modum commendat Emplastrum *δὲ Συκομορίου*, cuius descriptio est apud Paulum Aeginetam.

Ardor stomachi cum febre.

Athen. Sycomori fructum probè maturum, odoratum, ac esu iucundum dicit. Eundem ob lenem refrigerandi vim, eorum quos febris vrit stomacho impositum cum rosaceo, non parum ardorem agrotantium mitigare.

Aduersus serpentes. Dysenteria Pani & tumores. Vulnere. Capitis dolor & animum.

Paulus de fructu & lachryma eadem tradit quæ Diosc.

Succus Mori Aegyptiæ & Cypriæ, vt tradit Plin. aduersatur venenis serpentium, prodest dysentericis, discutit panos, omnisque collectiones: vulnera conglutinat, capitis dolores sedat, item aurium: spleneticis bibitur. Illinitur & contra perfrictiones. Idem Plin. fructum prædulcem dicit: Et Cyprio suauitatem Fici tribuit.

Scomma in Syllam.

At Bellon. vtiam priùs monuimus ingratum potius dicit, nec maximè expetendum, fortè quod fatua illa dulcidine sensum non excitet, eademque fastidio magis quàm nouæ voluptatis titillatione edentes impleat, adeoque inertis laporis esse, videatur. Vt in hunc sensum trahendum videatur quod Plutarchus de Sylla & ab eo obsessis Atheniensibus ait: qui intra urbem clausi, & muris hominis ignauia maledicentes ac irridentes, nunc metellam quasi mulierem appellabant, nunc hoc scomma impetebant *συκομορίου ἢ δὲ ὁ σύλλας ἀλφίτω πειρασίδου* id est, Sylla Sycomorus est polenta maceratus: ignauore adiuncto alio, hominis ignauiam ingeminatam insinuare volentes.

Sylla Sycomorus.

Theuetus scribit Fructus Photol siue Ficus Pharaonis præter cæteras dotes ad sedandam sitim & febrium ardentium estus refrigerandos perutiles esse: ac folia arthritidi mirè conferre.

Febres. Sitis. Arthritidis. Noxa. Noxa.

Vfus ficuum, teste Alpino, in cibo stomacho est noxius, ipsumque laxat, labefactat atque subuertit. Ii verò Ficus vtiliter comedunt, qui vel itinere, vel Sole incaluerint, refrigerationeque opus habent, & humectatione: fructus siquidem hi frigidi temperatè existunt, multumque humidi: alium faciliè lubricant, atque relaxant: tumores omnes calidos atque duros, emplastri modo impositi sanant.

Tempe-
ram. Aluum laxant. Tumores.

Idem Alp. ait Dioscoridem tradere, succum Sycomori non ignobilem ad pestem vsum habere. Necessè est igitur alto loco hoc scribere Dioscor. quàm capite de Sycomoro vel Ficu Cypria, nam hæc verba, huncue verborum sensum apud eum hætenus non legimus, qui Sycomori fructum aduersus pestem prædicet.

Vinum Sycomorinum.

Fit & vinum è Sycomoris (*συκομορίων* dictum) eodem modo quo Catorchites, de quo cap. de Ficu: sed in acetum acre degenerat, quoniam non ita præualeat vis eorum, vt manantis liquoris dulcedo retineri possit. Dioscor. Eiusdem acetii meminit & Plin. qui postquam de Sycite vino locutus fuisset, subdit: E Cypria Fico & acetum fit præcellens, atque Alexandrino quoque melius. Per Alexandrinum autem acetum non aliud intelligit, quàm id quod ex Sycomoro paratur, quæ Alexandria plurima est, vt vel ex Diosc. lectione patet.

Rhaz. i. iust.

Iamen, inquit Rhazes, calidi sunt, ventriculo mali, nauseam excitant, subtilioris naturæ quàm Ficus, citiusque descendunt. Per Iamen Sycomorum intelligimus apud Rhazem.

Dignum certè notatu, quod D. Augustinus de

ciuitate Dei ad Marcellum libro. 21. capite 5. perscribit. Lignum cuiusdam Ficus Aegyptiæ tradunt, non vt ligna cætera in aquis natate, sed mergi, & quod est mirabilius cum in imo aliquandiu fuerit, inde ad aquæ superficiem rursus emergere, quando madefactum debuit humoris pondere grauari.

SYCOMORO SIMILIS.

In insula Mayo, (quæ vna est Viridium, graduum quindecim eleuationis poli versus Septentrionem) multæ arbores patulæ & longiusculè à se inuicem distantes conspiciuntur. Similitudinem quandam habent cum Sycomoro, foliis vestiuntur paulò minoribus quàm Ficus: fructus ferunt Ficubus adsimiles, paruos, luteos, sine granulis aut semine. Trunco, ramis, cortice, fructu, succo lacteo & foliorum acrimonia planè similes sunt Ficubus. Fructus earum nunquam ad perfectam maturitatem peruenit. Arbor est admodum fructifera, vt haud faciliè inueniatur absque fructu. Non prouenit ex semine seu fructu, sed ex surculis aut taleis in terram depactis, vt Mori nostrates. Linchottanus.

Locus.

Descriptio Folia. Fructus.

FICVS. CAP. LVI.



Chameficus.



Morus Sycomoru, hæc Ficum familiæ nexu post se trahit. Huius caudex licet sit vbi grandescat & contortus videatur, parum tamen est firmus, vt qui tum vitigineo, laui tamen cortice, infernè cineraceo, in ramulis viridi sit vestitus, tum ligni parum, medullæ verò fungosæ plurimum obtineat. Materie namque constat molli, rara, ampla intus cauitate, cuius inane crassa fungosaque medulla, sicut in Sambuco ferè, refertum est. Ipsa alioqui arbor mediocri magnitudinem nonnūquam superat, plurèsq; ab vna eademque radice immitit stolones crassitudine variantes & proceritate. Radiceibus intitur multis, longis, firmis, lentis, euulsu contumacibus, multis capillamentis fibratis, colore fla-

Descriptio

uis atque Rutæ radicibus similibus, maioribus tamen multò, vt Cordus annotat: Abundant cortices sicut & folia adeoque fructus ipsi nondum maturi lacteo copiosòque satis succo, glutinoso, odore ad Rutam accedente, quemadmodum & reliquæ eius partes, sapore subacri, qui tamen in fructu paulatim in dulcem excoquitur succum. Folia conspicuè sunt latitudinis, crassa, in laciniis plerumque quinas profundas diuisa, minùs acutas, quàm Platani, aspera, pediculo mediocriter longo, qui abruptus lac fundit. Flores, vt omnes hæcenus tradiderunt, non fert, sed statim parua fructuum rudimenta, quos *grossulos* aut *grossos* Latini vocant, Piso aut Fabæ æqualia, ea paulatim crescunt, donec Piri mediocris figuræ & magnitudinem consequantur. Cùm ad mediam magnitudinem peruenerint, intra se flores [quod fortasse mireris] concipit figura confertis staminibus similes, colore in candido purpurascens, vndique è carne exeuntes, atque ad mediam fructus cavitatem se dirigentes: quam florum observationem atque descriptionem primò Cordo diligentissimo naturæ botanicæ vestigatori acceptam referimus, ac nos ipsi aliquando rem ita se habere, obseruauimus. Vt in hac planta, duo spectanda veluti miracula euenire naturæ studiosis obseruandum sit: vnum, florem intra fructum recondi: alterum, maturitatis causam ipsum fructum meditari, interuentu caprificationis, de qua infra.

Fructus ex surculis, Piriiformes nascuntur, basi latiore cælum spectante, pulposi & molles, virides, sed viroris quodammodo obsoleti, aut ex viridi rubentes, fuscioe, quidam etiam per maturitatem ad flauum inclinantes, melleæ dulcedinis, carne pallida aut subrubea, innumeris granis luteolis quæ *μυχαμίδια* vocant respersa, ex quibus seminibus nihil producitur, autore Camerario odorem etiam spargit haud inuicundum, sibiq; peculiarem.

Est & humilis, sesquicubitalis altitudinis in cæteris priori similis: Chamæficum vocant.

Videntur sanè auctores, cùm Philosophi & Geoponici, & in vniuersum naturæ plantariæ consulti Scriptores, humanitatis item cultores, quos vocant, ac ipsi aded Poetæ de hac planta veluti certatim ingenii sui dotes posteritati reliquisse, vt vnde ritè ordiaris, vel non ordiaris eorum placita proposituro dubitare faciliùs sit, quàm discernere. Conandum tamen, ne hæc Auctorum multitudo materiæque ceu messis & *ἀπορία*, in ipso narrationis procinctu hæsitacionem atque ipsam adeò *ἀπορία* peperisse videatur. *Sint igitur veluti περιλήψεις quadam Poetarum signenta.*

Fingunt hi Syceam aliquem è Titanibus fuisse, quem quum Iupiter infectaretur, Terra mater suæ prolis miserta, intra se occulit: ac in eius gratiam in Syceam arborem, hoc est Ficum commutauit. In cuius rei memoriam, vrbi in Sicilia Syceæ nomen inditum voluit. Sic ipsa antiquitas non potuit alio magis munere ipsam plantam commendare, quàm ipsius à suis Diis origine.

Lacedæmonios Sosibius tradit, Dionysium colere Sycriten cognomento, Milichius etiam dicitur quandoque: nam Milicha pro Ficis vsurpari animaduertimus, & Melichen pro ipsa planta.

Apud Naxios certè simulachrorum facies nunc vitiginea conformatur, nunc Ficulnea, prout vel Bacchus dicitur, vel Milichius, vt testantur Athen. & Cal. Rhod. Alii de eius inuentione aliter arbitrantur, vt tamen semper ad Deos suos referant.

Locum vbi primùm inuenta vi saque fuit, Græci *Σύκων* vocant, & Athenienses *ὄβρι* ἰερὰν *σύνου*, Ficum sacram vocant (& hinc fructus Hegetoria dictus) quæ Eleusinem ducit, in qua Phytalum, angusti agelli, iuxta Marathonem, dominum, Cererem apud Cephisum hospitio benignissimè recepisse ferunt. In cuius gratiam, & accepti beneficii non immemor, illum furculo siculneo donarit, qui primùm in Attica coaluerit. In cuius rei memoriam, ad eius tumulum præclarum stat eelogium, omnia referente Pausania, quod ex Græco ita conuertit Calderinus:

Hic situs est Heros, Cererem qui in tecta recepit

Phytalus: huic quondam primus ea dulcia p. ma

Monstrauit, Ficos nomen dixere priores,

Phytalus æternos inde sortitus honores.

Sed vtiliora se ceterum, ipsam naturam eius propius contemplant.

Theoph. sparsim Ficus meminit, quæ tamen vox apud eundem anceps & multiplex est, & non tantùm diuersas Ficus differentias, loco, facie, aut quauis alia nota differentes complectitur. Sed tales etiam, quæ nihil minùs ferè, quàm Ficum representant, vt ex ipsiusmet verbis ac descriptionibus colligere est.

De Ficu autem simpliciter dictà, eiusque fructificatione, implicata sanè, præsertim rem ipsam non cognitam habenti, recensione agit, quam tamen faciliùs intelliget qui totum eiusdem variationis decursum perlegerit causasque diligenter perpenderit ex cap. i. lib. 5. caus. & diuersis eiusdem operis locis. Nos rem paucis ex nostra & summi Scaligeri obseruatione sic explicabimus.

Tria Ficum genera fert Ficus. Vnum valdè præcox quod idcirco vocarunt Græci *αἰσθησιμον*, quasi præcox, præcursorem, præcoquum Gaza. Atque is quidem edendo est: *Bolas* vocant Veneti: *Valcones Florones*: Colum. communi voce, *priorem fructum*: Plin. *præcoces*. Aliud genus postea prodit, cuius duæ sunt species: vna quæ maturatur, Ficum dicimus, Græci *σύκων*: altera quæ semper cruda est, & priùs cadit, quàm absoluitur: vocaturque Plinio *aborsum*. Alio nomine & Grossus dicitur. Græci, quia referunt indomita natura sua Caprifici fructum, eadem qua illum donarunt appellatione: *ὀλιυθός* dicunt, cum quibus apud Theoph. *ἑσσοί* iidem sunt, ex sententia Scaligeri. *ὀλιυθός* verò propriè est *σύνων ἀσθενὴ καὶ ἐπιπεπυμμένον* siue *πέπειρον*, Ficus immatura, Latinis hic vel hæc Grossus: efferturque propriè de Fico domestica vox vtraque tam Græca quàm Latina simpliciter: alioqui cum adiectione, vt grossi Caprifici, *πῆς ἀγέλης συνῆς ὀλιυθός*. Tamen plerumque confundunt Authores differentiam, in-differentèrque ab ipsis vsurpantur *ἑσσοί καὶ ὀλιυθός* qui & *ἑσσανές* dicuntur, vt multis testimoniis confirmat Const. in Lex. Alioqui *ὀλιυθός*, etiam sicum syluestrem, *ἀγέλειαν σύνου*, Lat. Caprificum apud Authores significat: quæ nominum & vocum confusio magnam huic historiæ peperit obsecritatem, quam nos partim iam dictis, partim dicendis pro virili discussisse speramus. Ipse, verò etiam Theophr. inter Ficum syluestrem, & Caprificum manifestè distinguit in Histor. 2. quando ait: *ἢ ἑσσανές καὶ ἀγρία συνῆ* &c. Cæterum iidem grossi, si scalpantur, aliquando maturescunt, admissò Sole: quemadmodum è legitimis non pauci manent crudi, neque perficiuntur præuenti frigoribus. Rursus ex Ficibus, quædam Ficos propriè dictos [σύνου] tantùm ferunt: quædam grossos seu *Olynthos* tantùm: [ὀλιυθός], qui nihil aliud sunt, quàm Fici immaturi, grossuli dicti, qui ad matu-

Ficus sacra
Hegetoria.

Theoph.

Tria Ficum genera
Prodræmus
Bola.

Ficus
Aborsum
Grossi.

Olynthi
Grossi accipi
ptio.
Ficus im-
matura.

Erinæi
Erinaces.
Ficus sylu-
Caprificus.

Differet Ficum sylu-
à Caprifico.

Flores.

Semina.

Chamæficus

Sicea arb.

Milicha.

ritatem non pertingunt: Gaza Caprificos penè
semper vertit, Olynthos nimirum cum *εουβοις*,
quos caprificos propriè vocat Theophr. confun-
dens, non sine plurimorum tamen autoritate
vt dictum priùs:] quædam vtrumque: quædam
etiam Prodromos: [præcoquos vocant] quæ-
dam non. Deinde variant fructum: vt quarundam
grossi etiam sint esculenti. Variant item in officio
seu ferendi modo. Nam nonnullæ constanter
tales sunt: aliquæ non, sed mutant. Mutant au-
tem vel quia nunc ferunt esculentum, aliàs non.
Notat etiam à calore fructuum differentias, & à
loco natalium, vel situ. Quosdam supra folium,
quosdam post, quosdam subtus nasci. *Hæc est ουβο-
λις* implicatæ Theophrasticæ recensionis. Quæ
grossos ferunt [*ολυδοφοει*] tres faciunt differen-
tias: non ferunt nisi grossos: ferunt albos: fe-
runt esculentos. Aliæ verò quatuor: ferunt Fi-
cus: ferunt grossos: ferunt nigros: ferunt gros-
solum esculentos tum non esculentos. Ac sanè
sua natura esculenti non sunt grossi, sed fiunt vt-
iles per accidens, quoniam nascuntur in ipsis
culices, de qua re suo loco. Notabis præterea dif-
ferentiam variationis in ferendo duplicem: vel
enim non ferunt aliquando, vel non bonos fe-
runt. Item triplicem differentiam sitûs: secun-
dum frondes, & infrà, & ex ramis valdè crassis:
εν τῇ παχέων σφόδα. Ergo ex ficibus priùs gignun-
tur Prodromi, deinde grossi, tum Ficus, vbi &
temporis differentia consideratur.

Grossi sive
Olynthi.

Culices.

Ficium dif-
ferentia Ca-
tonis Var-
ronis & Co-
lum.

Differentia
Plinio.

...

Historia de
Catoe &
Ficu Car-
thaginensi.

Ficorum itaque differentias ex ipsa natura, na-
scendi modo atque tempore desumpsisse Theo-
phrastum apertum est. Cateri verò Authores
tam Græci, quàm Latini generum Ficorum in-
gentem recensuerunt numerum, quantum in alia
arbore reperire vix sit. Respexerunt autem præ-
ter prædicta etiam vel ad diuersitatem figuræ, co-
loris & magnitudinis: vel ad regionum, in qui-
bus nascuntur, varietatem, vel denique ad Au-
thores ipsos. M. Cato habet *Africanas, Herculanas,*
Saguntinas, hybernas, Telanas, Telianas atque Plin.]
pediculo longo: quibus omnibus præmittit *Ficos*
mariscas. His adiecit Varro *Chias, Calcidicas &*
Lydias: Item alibi & *Sabinas* memorat. Columel-
la Ficorum genera sapore atque habitu distare
ait, & præter dicta habet *Liuianas, Sulcas, Calli-
strutias, Topias, Rhodias, Libycas, Hibernas*: omnes
etiam biferas & triferas flosculos. Quid autem si-
bi velit Columella cum hac voce [flosculos] non-
dum omninò percipimus.

Idem tradit Fici corticem seu librum (vt ille
vocat) humidum, succosum & validum esse, &
lactis plurimum fundere.

Ficum differentias varias tradit Plinius libri.
15. c. 18. Inibi enim meminit *Ægyptiæ: Cypriæ:*
Lydiæ: Callistruthiæ: Africanæ: Alexandrinæ,
Nigræ: Rhodiæ: Tiburtinæ: Liuiæ: Pompeiæ:
*Herculaneæ: Albiceratæ: Aratiæ albæ: Porphy-
ritidis: Popularis, Chelidoniæ* quam Athenien-
ses *Erythromelanam* vocant: *Serotinæ: Omæ,*
&c. super quibus Plinium ipsum consulere, haud
graue erit.

Meminit Cato Africanarum, Herculanearum,
Saguntinarum, Hybernarum & Tellianarum.
Sed à Catone, inquit Plinius, appellata iam tum
Africana, admonet & Aphricæ, ad ingens docu-
mentum vso eo pomo. Namque perniciali odio
Carthaginis flagrans, nepotumque securitatis an-
xius, cum clamaret omni Senatu Carthaginem
delendam, attulit quodam die in Curiam præco-
cem ex ea prouincia Ficum ostendensque Patri-
bus. Interrogo vos, inquit, quando hoc po-

num demptum putetis ex arbore? Cùm inter
omnes recentem esse constaret. Atqui tertium,
inquit, ante diem scitote decerptum Carthagine:
tam propè à muris habemus hostem: statimque
sumptum est Punicum tertium bellum, quo Car-
thago deleta est: quanquam Catone anno se-
quente raptò. Quid primum in eo miremur?
Curam ingenii, an occasionem fortuitam, cele-
ritatemque cursus, an vehementiam viri? Su-
pra omnia quiddam est, quo nihil equidem duco
mirabilius, tantam illam urbem, & de terrarum
orbe per cxx. annos æmulam (urbis æmulam.
vet.) vnius pomi argumento euerfam: quod
non Trebia aut Trasymenus, non Cannæ busto
iufignes Romani nominis perficere potuerunt:
non castra Punica ad tertium lapidem vallata,
portæque collinæ adequitans ipse Annibal. Tan-
tò propiùs Carthaginem pomo Cato admouit:
(adiit D. adiri monuit. Vet.)

Carthago
Fici argu-
mentis ener-
sa.

Ficu Roma
cultæ.

Ficus Ru-
minalis.

Ficus Na-
uiæ.

Ruminalis
Inde.

Prolixus Idem, nec non parum perturbatus in
Historica relatione Ficuum duarum Romanis fa-
crarum: Quarum alteram *Ruminalem* appellatam
dicit, eò quòd sub ea arbore Lupa Rumam, id est
mammam Romulo & Romo dederit: Alteram ve-
rò *Nauiam*, quæ ab augure Attio Nauio Roma
in comitio quidem sata: sed ibi spontè nata, vel
illuc spontè transisse credebatur.

Quidam existimant Ruminalem Ficum dictam
quod sub ea pecudes ætatis tempore, frigora ca-
ptantes: herbas ruminare consueuerunt: An Ta-
citus per ruminalem arborem intellexerit, confi-
derandum: quando quidem longæua fuit arbor. Fi-
cus autem breuissimæ vitæ, Theophrasto autore.
De Ruminali Ficu hæc Ouidius.

*Arbor erat, remanent vestigia: quæque vocatur
Romula nunc Ficus, Rumina Ficus erat.*

Cæterùm Fici (Plinio) succus dulcis: odor nul-
lus: [quem reprehendens Scal. malè eum ait ne-
gare Fici odorem: est sanè etiam siccis odor,
quamuis tenuis atque exiguus] folia latissima,
maxima & umbrosissima, & idèd supra id po-
mum, eidemque seriùs folium nascitur quàm po-
mum. Insignè proditur in quodam genere Cili-
ciæ, Cypri Helladis, ficos sub folio, grossos verò
post folium nasci. In Laconico genere maximæ
sunt. Inferiore sui parte fertiliores sunt Fici, ma-
risca, Onesicritus tradit in Hircania fertiles admo-
dum esse Ficos, vt sint quæ modios cclxx. singulæ
ferant prægrandes. Nullo flore exhilarantur, na-
talèsque pomorum recursus annuos versicolori
nuncio neque Fici neque Caprifici promittunt.
Dixit tamen Plin. loco iam supra citato præcoces
ficos cum venientium flore maturescere. Nos
florem, vel flori respondens aut analogum, ex
Cordo prodimus.

Plin. not.
Scaliger
repr.

Cur supra
folum ficus
nascuntur

Laconica
maxima.

Non flores.

Difficile autem fuerit, simul & inutile, vt Cæ-
salp. æstimat Plinianas Ficorum appellationes,
nostris, hoc est, huius seculi Italicis accommoda-
re, vt Aphricanas iis, quos vulgò Hetruria, Bru-
sciottos vocat, inter nigras: Aratias, seu potiùs
Auratias à colore aureo, inter albas iis, quas qui-
dam *Citreas* cognominant, inter præcoces: nam
post grossos primæ maturantur.

Cæsalpinus

Brusciota
ficus.
Auratia,
Citreæ.
Discur.
Ficus.

Diosc. prædictarum differentiarum nullas no-
mine tenus tradit, sed *αίμων*, hoc est, Ficorum in
in genere, *αγέλας συνίης*, Ficus syluestris, & *Ολυθίων*
καὶ πίπας ἐσπερί καλαμύρων, Grossorum, inquam, quæ
à nonnullis Erinei nominantur, vires tradit.

Ficus sylue-
stris olynthi.
Grossi: Eri-
nei.

De Ficu inter alia habet Athenæus lib. iii. Di-
pno soph. cap. 3. Nulli quicquam concederem in
sermonibus ad Ficum pertinentibus, etiam si sit-
pendi oporteret, quoniam Ficubus mirum in mo-
dum

dum sum amicus, quare diuinè de his quæ mihi inciderint edisseram. Ficus, ò viri amici, simplicis vitæ principium extitit, quod attestari videtur locus qui ab Atheniensibus Sacra ficus nominatur, in quo primùm Ficus inuenta fuit, atque fructus hinc dictus *Hegetoria*, quia primus ad victum mansuetum inuentus fuit. Ficuum multa sunt Genera, de quo Antiphanes in Homonymis. Laudans enim agrum Atticum inquit:

Ficuum genera Athen. Attica.

*Qualia fert, ò Hipponice, ista regio,
Excellentiora quàm vniversus orbis, mel,
Panem, Ficus. Ficus enim, ita me amet Iuppiter,
Abundè gignit.*

Carica.

Istrus in Atticis prodidit, vetitum fuisse Caricas exportare in Attica nascentes, his indigenæ vt soli fruerebatur. Cùm verò multi furtim auerere deprehenderentur, delatores qui apud iudices illos accularent, vocatos principid fuisse Sycophantas. Alexis in poëta:

Atticum editum de Ficibus

Sycophanta

*Sycophanta nomen prauis viris
Decenter haud nunc ponitur:
Nam qui foret bonus, & urbanus, is debuit
Indicatis Ficibus mores approbare suos.
Nunc autem flagitiosos cùm sic nominent,
Dubitare id cogit, cur id factum sit.*

Alexis illust.

Indicatis ficibus, inquit, nempe quæ contra legum auctoritatem clanculum asportabantur: mores suos probabant, id est, fidem suam, probitatem, integritatem. Philomnestus lib. de Sminthius Rhodiis scribit, Sycophantam inde nuncupatum fuisse, quòd illis temporibus è ficuum mercatura, vini, olei, tributa colligerentur, ac portoria, & mulctarentur qui ea non soluissent, è quibus in administratione Reipub. sumptus fieret, itaque coactores qui exigent, & eorum prouentum suis rationibus ostenderent, vt credibile est, appellatos fuisse Sycophantas, ad idque munus delectos fuisse ciues spectatissimos ac optimæ fidei. Laconicè ficus meminit Aristophanes in Agricolis his verbis:

Sycophanta, Sude.

Laconica ficus.

*Ficus omnes ego seram præter Laconicas.
Infesta namque sunt ille, ac tyrannica:
Nec enim pusilla forent, si animosè plebem odio non
prosequerentur.*

Ficus quid Mystice. Ficus pusilla.

Vel, nisi plebi odiosa foret ea Ficus, id est, dominandi ratio: Sic Dal. explicat. Ficum scilicet eam pusillam vocat poëta, quòd exigua & humilis planta sit. Significat & Lacedæmoniorum hostilem animum erga Athenienses, ac eorum dominatus crudelitatem, & summum abolendæ popularis potestatis studium. Alexis in Olynthio, cùm Phrygiæ ficus mentionem facit, ait:

*Et diuinus cibus, à matre data mihi delicia,
Carica ficus,
Phrygia munus.*

Phibalea ficus.

Phibalearum Ficuum meminere Comici multi: quin & Pherecrates in Crapatallis:

*Febreica, ò miser, nulla de re sollicitus:
Et nunc per astartem Phibaleas ficus comede:
Illisque satur meridiator.*

Deinde Sphacelum expectato, ardeto, vociferator Teleclides in Amphictyonibus:

*Quàm pulchræ Ficus, Phibaleæ quidem sunt.
Est autem Phibaleos, Atticæ locus.*

Chelidonia ficus.

Chelidoniarum meminit Epigenes in Branchia: [Raucedifono.]

*Deinde paulò post aduenit Chelidoniis
Ficibus onusta consertim quadra.*

Chelidonia Caprifici. Leucocineæ. Phibaleæ.

Androntion, siue Philippus, siue Hegemon in Georgico, hæc Ficuum genera sic recenset: In planis & campestribus serere Chelidonias Ficus expedit, Caprificos, Leucocineas, Phibaleas: at quo-

uis loco Oporobasilidas [Monspel. hodie vocant Ficus regias D.] Horum enim generum cuique sua est vtilitas, maxima verò Coluris, & Phoryniis. Fructuosæ sunt & in primis vtilis, bifera, Laconicæ, Megaricæ, si rigentur. Rhodiorum meminit Lynceus in Epistolis, ea comparans quæ proueniunt Athenis præstantissima cum Rhodiis. Eius hæc est oratio: Atheniensium [ἐπειδὴ, sylvestres ficus] certare de bonitate sic videntur cum Laconicis Rhodiis, vt Mora cum Ficibus. Id ego, non cœnatus, vt Athenis fit, peruerso iam gustu ob satietatem, sed ante cœnam, cùm appetentia intacta & nondum occupata est, comparatione facta perspexi. At quas in pulchra Roma Callistruchias vocant, si quemadmodum ego, Lynceus gustasset, bestia eiusdem nominis longè fuisset perspicacior in huius contentione iudicio, adèd Ficus illæ antecellunt omnes quæ in vniuerso terrarum orbe generantur. In pretio sunt & alia Ficuum genera Romæ nascentium, nempe Chia, Liuianæ, [fortè Liuiæ vel Lydiæ: amborum meminit Plin.] quæ quas Chalcidicas vocant [Plinio Duracinæ à duro Corio D.] & Africana, vt testatur Herodotus Lycius in opere de Ficibus. Parmeno Byzantius in Iambis, è Cauno, quod oppidum Æolicum est, laudans, vt excellentes, ait,

*Per longa maris spatia ego accessi, nec tamen ficuum
Cauniarum fascem [φόντον: baiulionus] aduexi.*

Caunias è Caria ficus celebrari peruulgatum est. Toxaliarum ficuum meminere Heracleon Ephesius, & Nicander Thyatirenus, citatis versibus ex fabula Apollodori Carystii, cuius est titulus, Mendica veltiaria.

*Ceterum vili: in admodum fuit
Et acidum, & improbum, adèd vt me puderet:
Alia quidem regiones Toxalias ferunt
Ficus, mea verò etiam vites.*

In Insula Paro eximia gignantur Ficus, Hamonias [αἰμόνια, tanquam infectas sanguine: sanguineas] incolæ nominant: congeneres Lydiis, quas ob rubrum colorem [Plinio Lydiæ purpureæ sunt] eodem quoque nomine vocant. Earum sic meminit Æschylus:

*Paron missam facito, & Ficus illas, & marinam
Vitam. [assiduas nauigationes.]*

Hæc certè Ficus tantum à reliquis vulgaribus discrepant, quantum apri caro ab altilis porci & vilatici pulpa. Leucocineas Ficus species est, illa fortassis cuius albus est fructus. Eius sic meminit Hermippus in Iambis:

Scorsim verò è Leucocineo Caricas.

Hermonax in Glossis Cretensibus genera Ficuum enumerat, Amadea, & Nicylea. Philemon in Atticis vocabulis quasdam Ficus Regias vocari tradit, & ab illis regias caricas nominatas fuisse. Huic idem narrationi addidit maturas Ficus vocari Colytra [fortassis quasi κολυτρά, id est, leues: sunt enim matura Ficus immaturis seipsis leuioribus D.] Seleucus in Glossis refert, Glycisiden quandam vocari, figura perquam similem Fico, [Pæonia Glyciside est fico similis, vel siliquis, quæ semen continent, vel appendicibus glandi similibus in radice fæminæ. Emendatus locus ex Plin. & Diosc. D.] à Medicis quoque obseruatum fuisse, in cibo sumptam, rubra fæminarum profluvia sistere, ac valere contra malum mentis, & infatuationes: id quod Plato Comicus ait in Cleophonte. Pamphilus hybernas Ficus vocari tradit ab Achuis Cydonæa, idque scriptum ab Aristophane in Glossis Laconicis. Hermippus in Militibus Coracæas Ficus: [tanquam Coruinas: ob ni-

*Oporobasilidas
des.
Coluris.
Phorynia.
Megarica.
Rhodia.
Athenienses
Erinea.*

Callistruchias.

Ficuum præstantissima.

*Chia.
Liuianæ.
Chalcidica.
Duracina.*

*Caunias:
Toxalias.*

Hamonia.

Lydia.

*Amadea.
Nicylea.
Regia.
Colytra.*

Glyciside.

Hyberna.

Coracæa.

gredinem puto D. J earum quandam speciem vocat his verbis:

Phibalearum potissimum, aut Coracearum.

Charissa. Arata.

Theop. lib. 1. hist. plant. scribit, Ficus arboris tale quoddam genus esse, quale id est, quod Charitiam siue Arateam nuncupant. *Hæc Athen.* Nusquam verò apud Theop. hæc leguntur, (& mutila esse videtur hæc oratio D.) Quam verò idem

Ficus Idæa.

Athen. ex lib. 3. eiusdem autoris Ficus Idæa adfert descriptionem, & inter Ficus recenset, non huc pertinet, sed aliò, de qua vide cap. de Diospiro.

Præcocas.

De præcocibus Ficus idem Theop. lib. 5. caus. ad hunc modum scribit: Fici humidus aër & clemens, cum elicitur germinatio, & eâ de causa præcoces Ficus: Idem progressus inquit, quasdam Ficus, præcoces fructus gignere, vt Laconicam, & Leucomphalian, quasdam minimè. Seleucus in Glossis, Ficus speciem quandam vocari *πρωτερινήν* ait, id est, Primariam, quia præcocem fructum pariat antè cæteras.

Primærea.

Bifera.

Ficus bifera meminit Aristophanes in concionatricibus:

Portentam de Ficus etc.

Vos, quasi sumpseritis Ficus bifera folia.

Antiphanes in Scelerijs:

Iuxta bifera Ficum, infernè est.

Theopompus lib. 50. hist. scribit, Philippi regis principatu, circa Bifaltian, Amphipolin, & Grestoniam Macedoniæ, medio vère ficus poma, vitem, vuas, Oleam, quando ipsam florere par est, Olivas edididisse, omniaque tunc ex voto successisse Philippo. Non me fugit, (inquit Athen.) aliis quoque nomenclaturis Ficorum species appellari, Regios, Regios ficos, Cirrhocæcladios, Hyladios, Sarcelapheos, Lapyrios, Picridios, Dracontias, Leucophias, Melanophias, Creneos, Mylaicos Flauos & tanquam excavatos: sylvestres: carne cuti ceruorum simili: amariusculos: obtortos draconum more: natura nigros, & albos, fontanos: mole instar rotundos: Afcalonis similes: ob suauitatem deuorandos. D.)

Regia. Regiæ. Cirrho cæcladia. Hyladia etc.

Tryphon. lib. 2. hist. plant. de Ficuum appellatione differens, inquit, Dorionem in Georgico narrare, Syceam vnum ex Titanibus, terræ filium insequente Ioue acceptum à matre fuisse, illamque gnato arborem emisisse, cuius fructu oblectaretur, & aleretur: præterea nominatam ab illo Titane Syceam fuisse Ciliciæ ciuitatem: at Pherenicus epicus poeta, Heracleotes genere, appellatam fuisse tradit à Syce Oxyli filia. Oxyllum enim Oriæ filium concubitu Hamadryadis sororis genuisse Nucem, Iuglandem, Cornum, Oxyam, Aegiron, Vlmum, Vitam, Ficum, quas

Sycea.

Hamadryadas omnes vocantur, illarumque nomine multas arbores nuncupatas fuisse, ac ideo Hipponactem dixisse:

Hamadryades.

Nigram ficam vitis fororem.

Nigra. Sanguinea. Pulla.

Porro is color nonnullis sanguineus putatur. Horatius pullam dixit:

Suamque pulla ficus ornat arborem.

Coronea.

Coroneas Strabo habet, quæ eadem videntur cum Coriariis vel Coriaceis Aristoph. antè dictis.

Duricoria.

Duricorias & Plautus celebrauit:

Ficus nobis attulit, duricorias, præcoces.

Chia pungens.

Chiam Martialis ob salis viniq; sapore pungentè, *Infanti melimela dato, fatuasque mariscas, Nam mihi que nouit pungere Chia sapit.* Et alibi clariùs.

Chia seni simili Baccho, quam Seria misit, Ipsa merum secum portat, & ipsa salem.

Marisca.

Marisca, teste Curtio, Græcè *Μάρσκα* Festo & Macrobio dicitur. Nam Græci magnis & amplis rebus, syllabam Bu, assueti sunt præponere, vt Bu-

pedo, Bulimæ. Sunt etenim magnæ, quamobrem inter omnia Ficorum genera, has tantum Senecio commendabat. Nempe is solum grandia appetebat, vt propterea Grandionis nomen sibi assumpserit, autore Seneca. Præ pinguedine verò rumpitur, seménque ostendit. Quod patefecit idem poeta.

Donasti, Lupe, rus sub urbe nobis.

Non Boletus hiare, non marisca

Ridere.---

Marisca etiam morbus est, sic dictus à Fici similitudine, qui idem & Ficus dicitur, de quo Iuuenalis:

Marisca morbus

---Et podice leui

Caduntur tumida medico ridente marisca.

Eadem ratione Græcè etiam *Μάρσκα* dicitur. Coctanas, siue, vt alii vocant Coctana, quæ inter minores numerantur Iuuenalis habet:

Coctana.

---Quo Pruna & Coctana vento.

Missabantur olim inter Saturnalia & xenicla, vase turbinato. Quod declarauit Statius hendecasyllabo.

Nusquam turbine conditus ruenti

Prunorum globus atque Coctanorum.

In vasculis etiam mitti solebant, quorum forma metæ instar erat. Quod disticho comprobatur Martialis:

Hec tibi qua torta venerunt condita meta,

Si maior forent Coctana, Ficus erat.

Fico autore Hermol. circa Elephantium agrum folia non defluunt. Similiter & in Tylo caduca non sunt. Callistrutias & Ficus, & Passarias vocari Capitolinus autor est in Clodio albino. Inuenio Pscytalia vocari quoddam earum genus ab algore, nisi quis malit ab Atticæ regionis insula Pscytalia. Sed an Callistrutia sint, quæ Plinio frigidissimæ dicuntur, parum constat. Sunt qui Pscytalia intelligant, quæ recentes non sint quidem, non tamen siccatæ. Phibaleæ dictæ quoque Hippocrati. Iulius Pollux Chelidonias dicendo, Atticas inquit, intelligimus, quas Lacedæmones Chelidonias appellabant. In Ficorum genere, caricas peculiari arbore fert Syria, & minores eius generis, quas Coitana appellant. Habentur & Caunia, omniales M. Crasso in Parthos bellu mouenti.

Ficus perca tni folia. Callistrutia. Passaria. Pscytalia.

Phibaleæ Attica.

Carica.

Coitana. Caunia.

In auctione vitarum Luciani, de Epicuro quaerit licitator, quibus eduliis deleatur: respondet Mercurius, dulcibus vescitur & mellitis, *ἡ μάρισα ἰσχαδίας*. Subiicit licitator *χαλαρόν ἰσχαδίας, ἀνήσται ἰσχαδίας παλῶδες ἢ ἡρεκίων.*

Ischade.

Sic & Paulus *καείνην* pro Ficu arida videtur vsurpasse, quando scribit, aut *καείνην* drach. octo, famuluchi drachma, tritis cum oleo, donec cerati fiat spissitudo vitior: quo loco *καείνην* nihil aliud esse videtur, quam quæ *ἰσχαδίας* quoque Græcis dicitur, vel ex doctiss. Dalech. sententia.

Carica.

Apud Cic. 2. de diuin. legimus: Quum M. Crassus exercitum Brundusii imponeret, quemdam in portu Caricas Cauno aduectas vendentem *Caunias* clamitasse, quæ res inferiùs specialius declarabitur.

Caunias Caunias Aroni.

Caunia potro sunt ex Cariæ oppidulo, vnde nomen Caricis apud nos, vt apertè conicit Hermol. siue itaque à loco, siue aliunde nomen habeat carica, Græcis & Latinis vsurpari constat. Antiochena verò Caricæ, quas & Triphyllos vocant, vt inquit Strabo, ab Antiochia Phrygiæ nomen habent. Omnia hæc [& multa ex superiùs dictis] L. Vitellius in Italiam Tiberii principatu transfudit.

Caunia. Carica vnde.

Antiochena Triphylia.

Plato in legibus & Ficus & Vites quasdam commemorat, quasi nobiles: etiam si nobile:

si nobile à generoso, vt inquit Aristoteles, diuersum est: fortasse illa genera intelligens, quæ dicuntur Aegilides inter Ficos: & racemus Nicotricos inter uvas: quæ duo Athenis maxime commendabantur, vt racemus Hipponius in Rhodo insula. Thrace sinas ad lienem probati apud Aetium legitur.

Hactenus Ficorum differentias Veterum, quæ potuimus diligentia, persecuti sumus, & notis cū ipsis autoribus illustrauimus. Mirum verò alicui haud immeritò videatur, è tot generibus, ne quidem solam appellationem (quod nobis quidem constat) remansisse, nisi fortè suæ originis: neque enim nunc aliter vocamus quàm Hispanicas, Massilienses, Ligurinas, Campanas, & ita de aliis, quæ patrio suo nomine designantur, vt idem iudicium cum Plinio faciendum sit, quamuis euentu contrario, inquenti: subiere tot Ficorum nomina: atque genera, vt vel hoc solum æstimantibus appareat, mutatam esse vitam. Annotat tamen Matthiol. plura esse genera in candidantium & nigrescentium discrimine, sed differentiarum nomina nulla tradit. Quidam etiam, inquit, Piri faciem representant, alii sessiles sunt, alii verò inter hos medi.

Differunt etiam colore Ficus, quippe quoddam aliæ albæ, aliæ nigrae, aliæ purpureæ, aliæ virides, aliæ subrufæ, aliæ pallidæ, & aliæ variegatæ colore spectentur. Celebrantur in Hetruria Pisani, Brigioti, Gracelli, Balignanesi & Perugini. Anguil. ait multas esse Ficuum species, sed omnes notas esse in Italia: Nos etiam aliquot differentias tam in Prouincia & Gallia Narbonensi, quàm in Italia obseruauimus: vt magnas illas quales Geneuæ nascuntur, & in horto Stutgardiano, suntque multò Massiliensibus & Prouincialibus maiores, hæ tamen nobis sapidiores videntur. Vulgatæ ubique ferè notæ sunt. At parua illæ luteæ, quas & in Italia & in Prouincia celebrant, sine dubio reliquis omnibus excellent.

Caricarum seu Ficuum siccarum hodie tres species ad nos in Germaniam communiter importantur, vt annotat Cordus: si modò specie differant. Flauæ in sparteis corbibus, quas Germ. *Borbfeigen* vocant. Aliæ etiam in cistis Laurinis foliis commixtæ, quas à foliis *Laubfeigen* appellant. Tertium genus ex Prouincia adfertur, quas Massilienses dicunt, in minutis & turbinatis sparteis corbibus: hæ parua quidem sunt, sed suauitate præstantes: *Marsilische feigen* dictæ. Sed hodie etiam, quia nostris faucibus nihil ingustatum volumus, etiam magnæ illæ purpureæ, *Genueses* dictæ à lautioribus institoribus in Germaniam importantur.

Porro succus maturentibus lactis: percoctis, mellis: tactus omnibus mollis, sed maturis. Lac, inquit Macrobius, propriè ficorum dicitur. Ficus tãquam non Pomum secerni à Pomis apud idoneos autores Afranium Ciceronemque reperias. Senescunt, ficus in arbore, anúsque destillant gummi modo lachrymam [vt Plin. scribit] siccatúrque: tales *ixades* dicuntur Græcis non minùs quàm *Ficus passa*. Athenienses *γασίας* vocant earum folliculos, vt Varro glumas.

Fuerunt ex Veteribus, qui Ficum nunquam fulmine percuti asserere non dubitarunt, quod Marcellus non nisi amaritudine, & malo materiæ eius habitu, fieri posse autumat. Quæ enim huiusmodi sunt, inquit ille, iniurias cœli illas non sentiunt, quales phocarum & hyenarum pelles, & in arboribus aliqua etiam aliæ traduntur. Debuerat ob hæ causas nocentibus sibi repugnare

Tom. I.

Ficus, nec minùs, quàm in natura, in scriptore hoc integra & incolamiseruari, & qua voluptate sanitate & mentis nostras quotannis auget, æqua felicitate medicinam etiam instruere. Securus nimirum perdoctus ille Marcellus de quæstione *πρὸς τὸν Ἄστυ*, sollicitè τὸ ἄστυ perquirat, cum istud [ὅτι] si nostro iudicio aliquid tribuendum, ne utiquam ster ratum & indubitatum. Quod si verò maximè res ita se haberet, quem in illo materiæ habitum quæso tribuet Lauro tantoperè omni æuo aduersus ictus fulmineos celebratæ, eoque etiam ipsis adeò Imperatoribus orbis sacre? In qua tamen re si quid ariolandum, rationabiliùs fortè dicemus proceras arbores fulminibus esse opportuniore, manifestiùsque in iis noxam impressam apparere, quàm in minoribus, qualis Ficus, ut rationem illam Physicis celebratam & doctis notam nunc taceamus. Hoc tamen certum in sacris paginis & à celebratis Ecclesiæ doctoribus imprimis commendatum Ficum. Apud Hieremiam cap. 4. ostendit mihi dominus &c: Duo Calathi pleni ficis &c: Calathus vnus Ficus bonas habebat nimis, (inquit Hieron.) vt solent Ficus esse primi temporis (videtur intelligere præcoces) & Calathus vnus ficus habebat malas nimis, quæ comedi non poterant, ed quoddam malè sint. &c: Quidam interpretantur in lege & Euangelio, Synagoga & Ecclesia &c:

Talia multa habent D. Hieron. & D. Augustinus aliique Ecclesiæ Patres, quod monuisse tantum hoc loco sit satis, aliquando publicanda.

Est & Ficus tessera abundantia lactis, vt Gopropius annotat in Vertumno. Lac enim propriè, inquit Macrobio, ficorum dicitur: quod etiam sentit Ouidius Fastor. 2.

An tibi dum Lactens hærebit in arbore ficus.

Ficum autem à fecunditate dictam volunt, autoribus Varrone & Quintil. ne Græcis omnia concedere videamur.

His *Συκή*, & *Σύκων* ipse (Mæuius & Sycon fructum Latinè dicit) fructus & *σύνδρα*, quanquam per hanc vocem nouellam ferè Ficum intelligant, autore Iul. Polluce: nam *ισχάδης* arida Fici sunt, aut Caricæ interdum. Inuenias apud Græcos *ισχάδα*: recentes & veteres quoque dici. Ipsa arbor *Συκή* & *Συκὴ*, prima longa. Attici Ficum ipsam *κρόδου* quoque nominant, vt dictum. Arbor Hebræis *Theenah* Hierem. 3. Fici arida Lat. *Carica*, Hebræis *Deselath*, *Deselath*, *Theem*, *Deselim*, teste Trag. vid. 1. Samuel. 30. & 2. Reg. 20. Cordus reprehendit Marcellum quod Caricæ vocem malè in Diolc. contextum posuerit: habere enim Caricas ficus suum peculiare genus, vt ex Plin. & Hermol. colligere est. Germ. *Feig*/Feigenbaum. Belg. *Dygh*/Dyghenboom. Gal. *Figuier*. It. *Fichi*. Hisp. *Higos*, *Higuera*. Angl. *Figtree*. Boh. *Füßfeigen*. Arab. *Sin*, *Fin*, seu *Tin*. Caricæ vulgò sicca, *Ficus passa*: *ισχάδης*, *ισχάδης αὐα* Epigr. *ισχάδης παρὰ γασίας* Eustath. Ger. *Dürre feigen*. Belg. *Dodefsche Dyghen*. Gal. *Figues seches*, *Figues de Carefine*. It. *Fico di Quadragesima*. Ouid. 1. Fastor:

Quid vult. Palma sibi, rugosaque Carica dixi.

Habetur quoque apud Hip. Caricum medicamentum duplex, aridum & liquidum, sed neutrum Caricas recipit, neque à Caricis nomen habet, sed à Carum gente, quibus erat in multo vsu, dictum fuisse tradunt. Grossus, quem & immaturum fructum vocari diximus *ἰλυθός*, *φύληθός*, *ἐπιπυθός*, Amerix. Germ. *Grüne feigen*/Dnzeitigs feigen, *Groene Dyghen* / die noch niet ripe zijn. Gal. *Figue qui n'est pas encore meure*. It. *Floroso*, *bile*

M

Aegilides
Racemi Nicotricos

Recentiorum differentia

Differentia à figura.

Differentia à colore.

Anguil. not.

Germanis celebrata ficus seu Carica.

Lac propriè Ficorum.

Lachryma ficus.
Græc.
Gluma.

Ficum non tangi fulmine.

Marcell. not.

An Ficus fulmine feriatur.

Sacris paginis celebrata Ficus.

Ficum interpretatio Mystica.

Synon. ling.

Theenah arbor.

Carica. Marcellus notatur.

Ficistepi Proadroma. Carica I. schade.

Grossus. Olynthos.

Venetis. Hisp. *Higo auno maduro.*
 Eiusdem arboris nominibus insignitur *Chama-*
ficus dicta cum eius fructibus, quæ & humilis ficus,
 quam in ollis & hortulis pensilibus alunt. An
 verò à vulgata differat aliter, quàm magnitudine,
 nondum asserimus. Doctiss. Medicus Chiffletius,
 apud quem in horto Vefuntii vidimus [& apud
 D. Abbatem de pulchro fonte] *Ficum nanam* vocat.
 Denique tanta fuit apud Antiquos commen-
 datione Ficus, vt & secundum locum habuerit à
 vite: Et eius partes omnes peculiaribus sint
 nominibus designatæ. Ipsum folium *θρίον* prisca
 Græci vocarunt propter eius asperitatem quo
 conuoluto anguilla piscis facillè detineri queat:
 vnde adagium, τῷ θρίῳ τῶν ἔγχελυδων, id est, Folio
 ficulno anguillam, nempe tenes, dirigendum in
 versutum aut versatilem hominem, quem alius
 arctiore nodo retinet atque constringit. Sunt
 qui existiment frondes etiam ficorum ea voce in-
 signiri. Ficulnus ramus, κράδον, & κράδον. Poni
 fundum vmbilicum. οἱ δὲ ἀττικοὶ τῶν σικκῶν πηδύδρα
 ὀμφαλόν. Folliculus Fici, sicuti frumenti Varroni
Gruma dicitur. Granum Ficarium, Frumentum
 Plinio, κερκράμης Theoph. & Gal. Germanis qui-
 busdam *Luyfen* dicuntur, quasi pediculi, à sonitu,
 quem eundem cum pediculis pressi efficiunt.
 Proverbia de ficu. *Ficum post piscem: Legumina post carnem:* alii tamen pro Ficu,
 Nucem dicunt, *Gallinaceos amantibus ficum ne serito,*
Affentari nescio, Ficum, Ficum: panem, panem dico.
 Ficus atra. Ficum atram infelicem pontifices putabant,
 fœlicem, albam: teste Hermolao.
 Sed antequam reliquam historiam pertexamus
 de *Caprifico* prius specialius quædam tradenda.

DE CAPRIFICO.

Quomodo
differant
Caprificus
et
Sylvestris.

Caprificum, sylvestrem Ficum tradunt,
 quamvis [inquit Cam.] non immeritò docti
 quidam discrimen faciunt inter Ficum sylu. & Ca-
 prificum. Nos ita censemus. Sylvestrem esse
 incultam, & vel natura, vel neglectu sterilem, aut
 eatenus saltem, quatenus fructum non perficiat:
 Caprificum verò eam, quæ Caprificatur, quæ ta-
 men & ipsa sylvestris sit, ita vt re ipsa quidem
 conueniant, sed ratione tantùm fructus & cul-
 tus differant. Quid? quod ne à satia quoque
 specie differat Caprificus vel ficus, sylu. quòd
 ex grano satia nascatur Caprificus: vt dicetur in
 progressu. Hæc verò sententia distinctionis Ca-
 prifici, à ficu sylvestri ipsius etiam Theophr. est,
 qui in 2. de caus. c. 3. de Caprificatione & Caprifi-
 co [quam ἐπιπέδον vocat, & Gaza semper Caprificum
 reddit] locutus, ait: esse verò quædam loca quæ
 Caprificatione non egeant, absurdum non est,
 quippe quæ temperiem idoneam (συμμετρίαν) ha-
 beant tam alimenti quàm aëris. At humorem
 totum hoc genus (sub. corum quæ caprificatione
 egeat.) nimirum esse, vel ex ipsis sylvestribus, (ἡ
 αὐτῶν τῶν ἄγριων: ex ipsis erraticis vertit Gaza)
 constat. Cruditas (ἀπαλία) enim illa non nisi ea
 de causa fit, [nempe ob alimenti copiam] & eas
 ergo solent caprificare, vt possint permanere.
 Vides vt ἀγρίων σικκῶν intelligat incultas ficus non
 autem Caprificos? Idèd dixit ἡ ἐπιπέδου κερκράμης.
 Quæ sententia & doctissimi Scaligeri est & verò
 Theophrastum quoque ita sentire statuit, quam-
 vis eadem ἀγρίων in sequentibus ἐπιπέδου quoque

videatur appellare: vt non temerè Scaliger, quo-
 nam igitur modo ἐπιπέδου?

Porro Caprificum longè validiorem tradunt,
 quàm ficum: nullis ferè vitis obnoxiam, vt e-
 tiam fico insita grossos suas tueri credatur: mate-
 rie flexili: nunquam vt in ea maturefcere pomum.

Cordus Caprificam vrbanae per omnia similem
 dicit: incultiorem tamen, duriorèmq: grossos
 ferre, quales vrbana, sed nunquam maturefcen-
 tes: liquore manare, quàm satia aciore, tam
 gustu, quàm odore: De ea Theophrast. passim
 multa: ex quibus præcipua hæc sunt: *Εγγυδός,*
 Caprificus seu ficus sylvestris ineunte vere ger-
 minat, montibus propria est, fructus suos non
 maturat nec perficit, sed ex putredine in iis patui
 gignuntur culices, qui alimenti gratiã aduolantes
 alios ficus appetunt, & crebro morfu aperiant;
 hinc fit vt superfluo humore absumpto, adaper-
 toque fructu facilius Solis admittatur vis, vnde
 meliùs & à Sole, & à propriã naturã vegetante
 percoquuntur: quòd nisi fiat, grossi earum deci-
 dunt, nec ad maturitatem perueniunt. Atque
 hæc ipsa quoque ratio cur culices gignantur: nem-
 pe quia fructus maturari nequeunt: Ergo inter-
 uentu putredinis culices in iis gigni, vt & in ceteris
 putrescentibus solent. In hunc finem caprifici
 rami cum ipsis Olynthis ficis appenduntur, vt
 culicum opera ficus tueantur, ne decidant, sed
 maturentur, eo quo diximus modo. Aut etiam
 iuxta ficos caprificos conferunt, vt culices inde
 prognati promptè & facillè aduolare & ingredi
 queant. In summo autem ficeti limite conferende,
 vnde culices ad ficos secundo vèto deferri queant.
 In Italia autem non egent ea Caprificatione, quia
 spontè ficus maturantur.

Laudantur potissimùm Caprifici nigrae, & lo-
 cis ortæ saxosis, quòd tales permulta contineant
 grana. Culicibus gignendis aptiores habentur ru-
 brae, versicolores & robustæ: quæ minùs aptæ,
 albæ sunt & imbecilles. Vbi plurimus est puluis,
 ibi & plurimæ validissimæque Caprificus ex-
 eunt.

Hæc ferè summa est historia Theophrasti de
 Caprico & Caprificatione (quamvis multus sit
 & copiosus, in causarum eius peruestigatione,
 eamque passim inculcet.) quam & Plin. perele-
 ganter tradidit his verbis: Caprificus vocatur è
 sylvestri genere ficus, nunquam maturefcens, sed
 quòd ipsa non habet, aliis tribuens: quoniam est
 naturalis transitus, atque è putrescentibus idem-
 dem generatur aliquid. Ergo culices parit: hi
 fraudati alimento in matre, putri eius tabe, ad co-
 gnatam volant: morsuque ficum crebro, hoc
 est, auidiore pastu aperientes ora earum, atque ita
 penetrantes, intus Solem primò secum indu-
 cunt, cerealesque (fœcundas) auras immittunt
 foribus apertis. Mox lacteum humorem, hoc est,
 infantiam pomi, absumunt: quòd fit & spontè.
 (naturæ vi, sed longiore temporis spatio) Ideò-
 que Fictis caprificus permittitur (permiscetur
 D.) ad rationem venti, vt flatus euolantes in Fi-
 cus ferat. Inde repertum, vt illatæ quoque a-
 liunde, & inter se colligatæ inicerentur Fico:
 quòd in macro solo & aquilonio non desidera-
 tur: quoniam spontè arefcunt loci situ, rimisque
 eadem, quæ culicum opera, causa perficit: nec non
 vbi multus puluis quòd euenit maximè frequen-
 ti via apposita. Namque & pulueri vis siccandi,
 succumque lactis absorbendi: quæ ratio puluere
 & caprificatione hoc quoque præstat, ne deci-
 dant, absumpto humore tenero, & cum quadam
 fragilitate ponderoso.

Ex dictis itaque patet caprificationem nihil aliud esse quam medicationem quandam (sic libeat ex Plin. cit. verbis dicere) qua putrescente caprifici fructu culices geniti in urbana fructus euolant, fructumque morfu aperientes, eiusdem maturitatem promouent & accelerant. Ad aperta namque media Ficu superfluam depascunt culices humiditatem, vt subtracto quod exuberabat, a calore natiuo reliquum possit excoqui: deinde vt iuuari queat hic calor ab externo, cui patere queat aditus per apertionem illam, ad expeditionem, perfectioraque concoctionem & maturationem. Caprificari (inquit Sipontinus) est adhibita caprifico, ne fructus propinqua Ficus ante maturitatem decidant, prouidete.

Scaliger magnus philosophus.

Non potuit, imò nec debuit tantus Philosophus Scaliger, quin suum acumen in hoc tam insigni natura opere (propemodum dixerimus miraculo) exerceret, quod vt passim praestitit in suis in Theoph. editis doctissimis & quouis aemulo superioribus commentariis, ita his potissimum verbis succinctis rem sane quam subtilissimè concludit. Proposuit natura Caprifici fructum perficiendum, rem vilem admodum: non potest: vertit operam illam plebeiam ad operosiorum functionem, quippe culicem: quemadmodum contingit hominibus nequam, quibus poenitentia est foedior peccato. Dicendum, naturam omnem vbi nata fuerit materiam, adiungere formam idoneam. Neque est culex *παρρηγορ*, aut accessorium operae quae parabatur ad caprificum: sed aequale propositum naturae, vt ex materia caprifici culicem generet, opus caprifici fructu nihilo minus. Nec miretur quisquam quomodo in caprifici cruditate fieri queat putrefactio: contraria namque sunt. Est quidem cruditas cessatio eius caloris qui intendebat fructus maturationem. In hac huiusce operae suspensione subit externus calor, qui sit author putrefactionis. Calore enim extraneo, quando prohibetur *διαπνοή*, necesse est fieri putrefactionem: atque hinc generationem culicis, qui postea maturationis fiat promotor, sicut dictum: de qua re (ego Cherl.) fusiùs in Historia de insectis.

Caprifici trisera.

In Cea (Chio) insula auctore Plin. caprifici triseræ sunt. Primo foetu sequens euocatur, sequenti tertius: hoc Fici caprificantur. Hodie etiam incolas eius insulae dictum caprificandi modum retinere Dal. ad Plin. annotat. Caprificorum (inquit idem Plin.) laudantur maximè nigra, & in petrosis, quoniam frumenta plurima habeant. Caprificatione ipsa post imbrem. In primis autem cauendum, ne ex remediis vitia fiant: quod euenit nimia aut intempestiua medicina.

Delectum.

Caprificationis temporis cautio.

Theophrastus auctor est meliores quodam loco nasci ficus, sine vlla caprifici ope, quas *αφέεινυσα* praedicari commendabili venundantium indicatura ac symbolo, quippe non passas caprificationem. Eam ob causam nonnullos abiicere consilium caprificandi: easque plus probare, quae culicum pertusione fuerint expertes, suo succo laetiores, quae commendatio excellentiae verferetur in opinione hominum. Esse etiam quaedam loca, quae non egeant opera culicum, causamque *συμμετέριαν* statuit aëris ad alimentum. Vt neque excedat in humido, quod est in Graecia: neque in calore, quod fit in Aegypto: sed aequabili vtriusque temperatura. Maximè verò detestatur humoris copiam. At in macro solo non quaeri caprificationem: neque in Boreali, quia ficus ventus.

Amerinast.

Quaedam sunt in stirpium genere, inquit Aristoteles lib. 1. de gener. animal. c. primo, quae

res, quae fructum ferunt, & quaedam quidem quae non ferunt, sed ferentes adiuuant illas ad marandum: vt inter Ficum [*συκλίω*] & caprificum [*ειρα*]

Mirum verò (si nostri in hoc negotio iudicii valet ratio) caprificationi quam vocant, non posse substitui aliam quandam apertionem quae vel cultello fiat vel vngue, vel quouis alio instrumento commodo: vel scarificationem. Nam his artibus & succi abundantis pars absumetur, & externi caloris beneficium admittetur: nisi laboris molestia sicuumque multitudinem tedium causare solita, fortè absterreant. Malimus sanè quoad nos, si suo succo laetas esse non detur, eiusmodi apertione maturatas, quam tot culicellorum rotellis perforatas, & suis fortè etiam excrementis inquinatas, degustare. Sed de caprificatione plus satis.

Caprificationis succo dancum.

Ceterum caprificum multi quoque classici Scriptores memoriae commendare dignati sunt. Nam, vt annotat Athen. *Εείρα* Fici, id est, agrestis, seu caprifici, meminit Euripides in Scirone, vel adfingere *είρα*, id est, caprifici ramos. Epicharmus in Sphinge: *είρα* hae nullo pacto similia sunt. Sophocles in Nuptiis Helenes fructum arboris nomine, figuratè sic dixit:

Immaturus erinus, id est, immatura Caprificus cum sis, nec idonea

Cibo, alios oratione tua caprificas, [είρα ζῆς.]

Conuenit hoc adagium in temerarios adolescentes qui senes peritiores docere conantur. *ἢ πῆπρον εείρα*, id est, immatura caprificus nimirum ille dixit, pro *ἢ πῆπρον εείρα*, id est, immaturus caprifici fructus. Lepidè profectò Alexis in Lebeta:

Adag.

Quid praeterea nos dicere opus est? frequenter Ficos

Qui vendunt in Canistris, infernè quidem Duros & vitiosos semper

Occultant, bonos autem & maturos superne ostendant:

Deinde qui mercatur, quasi tales emat, Pretium numerat, eaque fraude, pecuniam in buccam abstrusa

Caprificum (τα εείρα) ille dat, iuravit se cum ficos vendere.

Agrestis Ficus arbor masc. gen. *είρα* appellatur, fructus neutro, *είρα*. vnde Homerus Odyll. 11.

Huic adest Erinus procerus, solius patulis.

Amerias scribit grossos vocari *είρα*. Plin. quoque Caprificum dixit pro Caprifici fructu. Terent. in Adelph. Illic vbi etiam caprificus magna est.

Erinus? Erinaca? Caprificus profusum.

Caprificum a carpando dictam volunt, quod muros, saxaque ac parietes carpat, quod Martialis insinuasle putatur, Epigr. lib. 10.

Marmor a Messala fundit Caprificus.

Qui tamen Sycomorum, Ficum agrestem, parietibus frequentem esse autumat, toto errant caelo.

Εείρα Plutarcho & Pausania, quod in Erino Thessaliae, vel vt alii volunt, Achaiae municipio primum apparuerit, vt Phocioni placuit. Alii, vt Phauorinus, Fici speciem, ab Erino vrbe Dorica. Messinorum lingua *περάρα*, testante Pausania, & Herodoto: quod & Apollo Aristomeni & Theocli vati, de salute consultantibus significauit. *είρα σάραρον πίνσαι νέδης ελλικόρρον υδωρ σικίτι μεσσηννη εύσμου.*

Caprifico magne. Etymon.

Erinaca?

Trago?

Συκή σγεία, etiam Graecis dicitur: Aliis *δλωδ* zteztes Lycophronis interpres, Ficum fatuam dixit. Fructus Polluci *είρα* vocantur. Lat. Caprificus, ficus sylu. Ficus agrestis, inculta: errata Gazæ. Germ. *Ein wilder feygenbaum*, Belg. *Wils*

De *Hygeboom*. Gal. *Figuiet saunage*. It. *Ficcia sel-natica*, *Fichi saluaticchi*. Hisp. *Cabrahigo*.

Phynthi.

εραζεν Caprificari: *εραζεν* etiam dixit Theophrast. propterea quod *εραζεν* fructus sit caprifici. Caprificatio *εραζεν*.

Ipsos etiam grossos siue grossulos *εραζεν* & *εραζεν* vocant, de quibus in praecedentibus abunde dictum: nimirum grossos proprie *Olynthos* esse, hoc est, primitiuas Ficus.

Craffi.

Apud Macrobr. Grossos legas, Ficos esse quae nunquam maturescunt. Alii sic distinguunt, vt Ficus primò sit *εραζεν*, deinde *phieia*, postea *Syccon*, postremò *Ischas*, vt annotat Hermol.

Phieia.

Syccon I-schas.

Nicol. Nicolai lib. 2. c. 8. nauig. narrat in Chio Ficus diuersa & contraria esse natura, quas tamen oporteat habere, & Ficus inutiles reddere, alias viles, mirabili modo qui ibi narratur.

Locas.

Ficus in toto Europæo tractu temperatori calidiorie obuia, ne Germania quidem vsq; ad eò insolens habetur, quippe quæ & in lautioribus magnatum hortis colatur, & non raro fructum ad maturitatem perducit locis etiam plusculum ad Septentrionem vergentibus. In Hispania, Italia & Gallia Narbonensi copiosè nec sine subsidio vite prouenit, vbi sylvulas vernâ & autumnali fœtura bifera Ficus perelegantes videas. In Brasilia quoque, illata ex nostro orbe, autore Maffeo. Leuin. Hulsius scribit se in insula S. Helene Indię, vidisse in Ficuum arboribus nomina inscripta Anno 1510. & 1515. Ficus autem ibi satas per Lusitanos.

Quod Ficus omen fecisse ait Plinius. M. Crasso in Parthos exercitum mouenti, id ita se habet. Crasso nauem expeditione illa conscendenti, cum *Cauneas* Ficus venales quidam vociferaretur, dixisse visus est, *Caue ne eas*. Romani enim olim, vt auruncare pro auerruncare, durtium pro diuertium dixerunt, sic & *Cauneas*, pro caue ne eas. Cic. 2. de diuin. vt supra monuimus: Cum M. Crassus, inquit, exercitum Brundisij imponeret, quidam in portu caricas cauno aduectas vendes, *Cauneas* clamitabat. Dicamus, si placet, monitum ab eo Crassum *caueret ne irret.* &c. Vid. Scal. in Festum, voce Aurum: & Ioach. Camer. in Plautum.

Cæterum Stuckardie in horto principis magna coluntur arbores ficus magnas purpureas ad maturitatem gustumque suas perducetes, quemadmodum & Heidelbergæ in horto Electoris: Item Basileæ in priuatorum quibusdam praesertim D. Plateri hortis, sed vtrobique hyeme conduntur. Apud Mompelgardenses rariùs perficiunt fructum. Fructus in his partibus, maiores Monspelienibus, sed suauitate inferiores. Extitit in horto Montbelgardensi inter alias etiam vetula iam ante multos annos lata ab Ill. Georgio & E. C. V. Wirtemb. Patre f. m. quæ iam sæpiùs frigore perempta, à radice tamen stolones emittens semper reuiuisebat. Caprificus Germaniæ incognita, inquit Cordus, Romæ frequens prouenit in uetustorum ædificiorum ruinis & muris. Monspelluli & in agro Narbonensi passim prouenit Caprificus totòque ferè anno abundat grossis: in Italia i tem multis locis crescit. Horat. iubet sepulchris Caprificos erutas, flammis aduri Colchicis.

Tempus & ætas.

Est porro breuissimæ vitæ Ficus, longioris caprificus, authore Theoph. causam tribuit fecunditati eius: vnde & Plin. citò occidunt, quia veloces, & tamen abundant diuitiis: omnia autem celerius senescunt praesecunda. Quin & protinus moriuntur aliqua, celo omnem fecundita-

tem eblandito, quod & maximè vitibus evenit. In trimatu ferè incipiunt, ostendentes & antè. Serius folium nascitur, quàm fructus. Serotina Fici antè quàm fructum percoquant, folia deperdunt. Germinat sub ætatum post Ver, quod tempus commune omnibus est, praesertim edomitis, ac praecipuè Fico & Viti. Eò melior futurus intelligitur fructus, quò latius germen antecesserit, contra quàm cæteris arboribus. Fructus omnis ferè urbana Ficus, vt & Cordus testatur, bis producit: æstatis initio vnum: autumnò vero alterum, vtrosque simul fouens, sed diuerso tempore perficiens. Monspelluli Iunio & Iulio maturas comedimus, Iulio etiam Basileæ. Romæ Maio. Qua ratione floreat, supra dictum.

Ficos marifcas M. Cato in loco cretolo & aprico feri praecipit: Africanas & Herculanæ, Saguntinas, Hybernas, Telanæ, atras pediculo longo, in loco crasso & stercoreato. Loca calida amat, quia densa eius materia non est: hincque fit, vt, in locis frigidis [intellige valdè frigidis] ficeta fieri non possint, teste Varrone. Ficum, inquit Colum, frigoribus ne serito: loca aprica, calculosa, glareosa interdum & saxosa amat. Eiusmodi agro citò conualefcit, si serobes amplos & idoneos feceris. Ficorum genera etiam si sapore & habitu differunt, tamen vno modo, sed dispari differentia agri seruntur. Locis frigidis & Autumni temporibus aquosis, praecoces serito, vt ante pluuiam fructum deligas. Locis calidis hybernas serotinas serito. At si voles Ficum quamuis non natura seram facere, cum grossuli minuti erunt, fructum decutito. Iterum alterum edet fructum, & in hyemem seram differet maturitatem. Nonnunquam etiam, cum frondere cœperint arbores, cacumina Fici acutissimo ferramento summa amputare prodest. Sic firmiores arbores & feraciores fiunt: ac semper conueniet simul ac folia agere cœperit Ficus, rubricam amurca diluere, & cum stercore humano ad radicem infundere: ea res efficit vberiorum fructum, & factum Fici pleniorum meliorumque. De Fici satatione controuersia orta est. Theoph. ex eius semine interiore, id est, minutis eius granis [*νεγχαμίδες* vocari diximus] caprificum nasci. Sic & plerique Geoponici Scriptorum tradunt, ex semine satam omnino degenerare. Cicero fatetur ex semine nasci, in Catone maiore. Ex Fici, inquit, tantulo grano tantos truncos procreat. Et Const. Caesar. Plantatur, inquit, Ficus commodè à fructus ipsius granis. Alii vt Plin. & Ruell. Ficum omnibus emergere modis, praeterquam ex talca seu ramo & surculo. M. Varro ex semine vix nasci posse scribit, his verbis: Fici semen naturale intus in ea Fico, quam edimus, quæ sunt minuta grana, è quibus paruis, enasci colliculi vix queunt. Omnia enim minuta & arida, ad crescendum tarda. Quare surculis potius vtendum, quàm semine ad ficeta faciendâ terræque obruendâ, praeter si aliter nequeas, vt si quando quis trans mare semina mittere, aut inde petere vult, tum enim resticulas per Ficos, quas edimus maturas perferunt, & eas cum inaruerint, complicant, ac quò volunt mittunt, vbi obrutæ in seminario pariant. Sic genera ficorum Chiæ ac Chalcidicæ & Lydiæ & Africanæ. Item cætera transmarina in Italiam perlata. Hæc Varro. Colum. Ficulnea cacumina iam tumentia locis frigidis & humidis à Calendis Martii vsque in decimum Calend. April. vtilissimè poni tradit.

Specialiùs de Ficorum satatione & cultura differet Palladius in hunc modum. Calidis locis Fici plan-

Satio.

Cur locis valdè frigidis non nascantur.

Vt ficus serua fiat.

Vt feraciores fiant.

Vt fici fiant pleniores. Quæstio de satatione.

Ex semine vix nasci.

Quomodo fici in Italiam perlati.

*vt fructum
rem abij-
ciant.*

Vt fructus non abiciant idem cauere spondet, si caudex eorum Mororum succo sit illitus: nec amittere; velut agrum pemum, si radix eius sale & algis marinis obducta sit, aut si grossi ex ipsa amuleti vice suspendantur: aut si quadrantalibus Luna rubrica caudix oblinantur, vel intorta ex caprificis ferto suspendantur. Quapropter aliqui in singulos ramos ipsos inserunt, ne illud singulis annis facere cogantur. Continet etiam fructum ficus, si circa Pleiadas scrobes circumfoderis, & amurca cum aqua aequaliter mixta truncum perfuderis.

*vt ficus
sila man-
jucet.
vt grossi
non deci-
dant.*

Ficam syluestrem mansuefacies affirmante id Africano, si putatos ramos vino & oleo madefeceris, & rigaueris per septem dies. Grossi seu imaturæ Ficus non decidunt, si arboris radice incisa, quaternos salis sextarios inieceris, & terram insuper aggeris.

*vt ficus
purgantes
fructus se-
rat.*

Democritus tradit si quis Fici estu, aluo deiectionem moliri cupiat, Elleborum nigrum cum Tithymalo tritum, radicibus arboris, quæ deponitur inseri debere, sic enim inde enatas Ficus purgatrices futuras.

*vt praeoces
sunt.*

Præoces Ficos, hoc est, ante tempus maturescentes idem fieri promittit, si columbarum sterco & Piper & oleum iuxta adieceris.

*vt ficus vi-
riles con-
seruandis.*

Florentinus in Georgicis suis, præcoccem & Theriacam Ficum fieri ait, fructu ex antidoto Theriacâ illito. Pollere idem affirmat aduersum ferarum morsus pomum, quod antidoto Theriace pubescens fuerit delibutum. Si verò ante tempus Ficus edere velis, columbinum sterco & Piper oleo mixta olynthis & grossis idem circumlinenda suadet.

*Alius mo-
dus in cu-
cubitis.*

Ficus post maturitatem in arboribus manere non possunt, quemadmodum alij pomorum fructus, sed spontè cadunt: possunt tamen, si Africano credimus recentes seruari, quales in arbore erant, hac arte. Quum opercula vini dolis obditurus es, ollam nouam accipito, aut aliud vas non rotundum & oblongum, sed potiùs, ex arbitrio quadratum, fundoque sultum. Huic immitte recentes ficus minùs maturas, cum suis pediculis umbilicisue, hoc est, particula qua arboribus suis dependent lectas, sed leui manu, atque ita vt distent inter se, ollamque diligenter obtura, & in dolium vino plenum vt innatet immitte, tum dolium tege & occlude. Hæ Ficus permanent quales fuerunt iniectæ, nisi vinum acescat. Conseruantur recentes Ficus etiam hoc modo. Ex recentibus cucurbitis eximere oportet ex lateribus, eas partes quæ spleniis similes existunt, easque excuare velut thecas aut vaginas. Deinde in singulas, singulas ficus impones, Cucurbitamque exemptis spleniis obturabis, & in loco umbroso suspendes, vbi nec ignis inspiret nec fumus. Sed, vt antè dictum, legendæ cum petiolis, quippe quæ diutiùs durent integre. Alii sic in melle disponunt ficus, vt neque se inuicem: neque vas tangant, dein indito operculo sinunt. Atque vitreum poculum, aut aliud quoduis pellucens, sicubus leniter immersum super imponunt, & obducto cera spiramento ita relinquunt, sicque immarcescibiles manere promittunt.

Alius.

*Vt carica
confer-
uanda.*

Si in tegete, qualo vel cratibus indita Fici calfacto furno post exemptum panem propendeant, & in ficilem & benè picatam fideliã condantur, diu seruabuntur illæ. Sed eas cum pediculo ex quo dependent decerpere conuenit, & muriam cum oleo feruefactam in Sole irrorare, & in vas mittere, idque luto oblinire, noctem tamen

ynam antea rori exponere, ac postea vasi committere. Alii cratibus expandunt, toto Sole ficandas, & recipiunt nocte sub terra. Alii pinguißimam quàmque viridem Ficorum eligunt, & arundine vel digitis diuisam dilatant, atque ita in Sole arefcere patiuntur, quas deinde bene ficatas meridianis teporibus, cum calore Solis emollitæ sunt, colligunt: & vt est mos Afris atque Hispanis, inter se compositas comprimunt in formam panis redigentes: tum rursus in Sole assicant, & ita in vasis recondunt.

*Alius mo-
dus.
Alius.*

Modum Campaniæ consuetum tradit Palladius: ac varios etiam habet Columella, quos breuitati consulentes hîc prætermittimus. Ex dictis autem patet, ficus olim in iunceis capsis, arcis & cadis reseruatas fuisse: hodie [vt ad nos importantur ex Galloprovincia & Italia] in iunceis sportis reponuntur.

Sed & de Ficus morbis quædam dixisse conueniet, vt & huic rei culturæ modus præscribatur. Est itaque ei, authoribus Theoph. Plin. & Geoponicis tam Græcis quàm Latinis, peculiaris Vermiculatio. Bestiolas istas vocant Cerastas, stridulum animalculum, de quo fusiùs alio opere. Præterea *scabies*, cochleæ. Crados est, cum marcescunt rami, quos priuatim Cradas in ficu vocari, supra diximus. Item *patella*, sed aliter quàm in Olea, quoties videlicet radices imbrum superuentu quasi deglabrantur. Eandem & *uredo* afficit *καυδύς*: & *tabes* *καυδύς* Theoph. dicta, estque quasi quidam stupor rigorque. Frigore & gelu alioßis annis contrahitur. Illi etiam vt & plerisque aliis arboribus infestæ sunt formicæ & Sideratio.

Fici morbi.

*Vermiculus
latto.*

*Crados.
Scabies.
Cochlea.
Patella.*

Uredo.

Remedia.

Dicamus & remedia quædam. Ergo ne vermes patiat, suadente Palladio ramum Terebinthi vel Lentisci taleam cum plantis Fici cacumine ponemus inuerso. Vncinis æreis tollendi vermes ex Fico. Alii amurcam, alii veterem vrinam ablaqueatis radicibus miscent. Alii bitumen & oleum, aut solam calcem viuam latebris vermium linunt. Si formicæ molestæ sunt, rubrica, butyro, & pice liquida mista circa truncum debet induci. Alii Coracium piscem contra formicas in arbore suspendendum suadent. Si fructus suos velut ægra proiciet, alii rubrica aut amurca insulsa mista aqua arborem liniunt, vel cancrum fluuialem cum ramo Rutæ suspendunt, vel algam marinam, vel fascem Lupinorum, vel radici terebratæ cuneum figunt vel securi arboris corium septiùs proscindunt. Quædam etiam ad idem diximus supra. Scabiosam ficum curabis scilla iuxta radices eius plantata, aut rubrica aqua diluta circum truncum ipsius oblita.

*Ad fructum
casum.*

*Ficus pu-
mila se-
sunt.*

Ficus arbores vt perquam pumilæ habeantur, & in vasculis super fenestris spectentur à viatoribus ita docuere mangones referente Matth. Abscindito Fici surculum verno tempore, pauld ante germinationem, prominente iam corculo, & subinde contorto manibus cacumine, in quo vase terra referto surculum ipsum serito cacumine inuerso, circa quem hordei miliique nonnihil inspergito, & terra deinde obruito, demissa extra tellurem resecta parte. fit enim hoc mangonio, vt inde ramuli enascantur paruuli, qui circum vas sese fundentes, breui admodum tempore ficus optimos edant, pumila perpetuò manente arbore.

Sed tandem ad vires. Sunt qui huic fructui præcipuum honorem, inter eos, quos horarios dicimus, debere asseuerent, vt pote cuius succus minùs vitiosus sit, & qui magis alat etiam quàm

*Vires &
vius.*

vua,

vua, succo etiam praestantior. Vique adeo apud
priscos existimata, vt Ananius, οὐκ ἔστι χρυσοῦ χρεια-
στέρη, id est, ficos auro vtiliores melioresque di-
xerit: Et Homero ingeniorum fonti, οὐκ ἔστι
γλυκερὰ ἕως αὐτῶν ἀλάλαροι. Sic & Tryphon ficum
magnopere laudauit. Atque adeo ficum in maxi-
ma admiratione fuisse apud Graecos argumento
est, quod & hi, & maximi quique viri eandem &
scriptis, & appetitus famulatio profecuti sint.
Hercules virides ficus ac recentes cum bubula e-
disse fertur. Plato Philosophorum ille trimegi-
stus & Philosophus, sed ne mireris, & φιλόσοφος α-
que ac φιλόσοφος, haud minus, inquam, ficuum,
quam vuarum amator, cognominatus fuit.

Sed, vt specialius eius vires inspiciamus, Hipp.
cum contingit, vt menses diu retenti derepente
affatim prorumpant, tunc huic ita se habenti
Grossum siccam [ἐλευθέρων ξηρῶν] contusam & cri-
bratam, in linteo ligatam in subditio apponit, &
imo ventri refrigerantia admouet, ea cautione,
ne inhorrescat. A medicamento etiam potione v-
teros Grossorum decocto, postea etiam acerbis
colluit. Grossos quoque hybernas in aquam in-
iectas lento igne coquit, deinde percolat, & af-
fuso oleo, vteros colluit. Idem pro subditio
purgante & emolliente caricam coquit, donec
grana interiora [τῶν ἐνὶ κέντρῳ] deponat, id ex-
pressum lauissimè tritum in vellere [ἐν εἰρίῳ] cum
vnguento rosaceo subdit. Si tandem ex partu,
aut inflammatione exulcerati fuerint vteri, Gros-
sos hybernas [ὀλιγώδεις χεμισμένους] affusâ aquâ de-
coctas excolat & deponit, deinde oleum tepi-
dum affundit & permiscet. Duabus ad summum
heminis colluit, & purgat. Vlceribus autem pur-
gatis eisdem ita corroborat. Grossos hybernas
terit & affusâ aquâ per diem totam macerat, & o-
leo affuso colluit. Sed hac collegisse hic sufficiat, qui
plura volet, apud Hipp. legat.

Fici matura, autore Diosc. recentes ventricu-
lum laedunt, aluumque soluunt: vt et si hic fructus
in maxima sententiarum autoritate sit, nihilominus
peculiare ac commune ferè pomorum omnium
probrum hoc effugere minimè potuerit. Sed
contracta ab iis alui fluxio facilè cohibetur: pa-
pulas euocant, sudoresque mouent: sitim se-
dant, caloremque restringunt: Sicca verò sunt
alibiles & excalescentiori: sitim magis afferunt, al-
uòque sunt vtilis: at alui ventriculique fluxio-
nibus [ῥευματισμοῖς] contraria: gutturi autem arte-
ria, vesica ac renibus peritiles: nec non & iis
qui ex longa valetudine decolorati sunt, Anhe-
latoribus, Comitialibus atque Hydropicis. Fer-
uefacta cum hysso & pota, qua pectore con-
tinentur expurgant: veteris tussis ac diuturnis pul-
monum vitis conueniunt, aluumque molliunt
cum nitro & cnico tuse, deinde manducata. Ipsa-
rum decoctum arteria ac tonsillarum inflamma-
tionibus gargarizatu prodest. Quin & Cataplas-
matis ex hordeacea farina miscetur, itemque in
mulieribus fetus cum Fœnugræco aut ptisana.
Cæterum cum Ruta coctæ, ad torsiones colicas
insunduntur. Coctæ, deinde trita ac impositæ,
durities discutiunt, parotidas & furunculos e-
molliunt, panos maturant, efficaciusque addita
Iride, nitro aut calce viuâ. Cruda quoque si cum
antedictis tundantur eadem efficiunt. Cum mali-
corio: pterygia repurgant. Cum atramento su-
torio, medentur agrè sanabilibus malignisque ti-
biarum fluxionibus, (vlcibus Pl.) Quin & in vi-
no deseruefacta, addito absinthio & hordeacea
farina, vtiliter hydropicis illinuntur. Cremata &
terato admixta perniones sanant. Quod si cruda

terantur, & liquido sinapi excepta auribus indan-
tur, sonitus tinnitusque sanant. Porro tam syl-
uestris, quam satiuæ Fici lacteus succus coaguli
modo lac contrahit, coagularumque aceti modo
dissoluit. Idem corpora exulcerat, ora vasorum
referat, aluum soluit & vterum relaxat cum trito
amylo potus: [σὺν ἀμύλω] ita & Plin. legisse vide-
tur. Melius ῥεῖ ἀμύλω, rationabiliusque. Menses
quoque ciet appositus cum oui luteo aut cera Tyr-
rhenica: Podagricorum cataplasmatibus cum farina
Fœnugræci & aceto vtilis: Lepras verò, Lichenas,
maculas à Solis ardore contractas, vitilignes, plo-
ras, vlceraque capitis manantia cum polenta ex-
purgat. Instillatur plagæ, percussis à scorpione,
venenatorum ictibus & canis moribus auxilia-
tur: dentium dolori prodest lana exceptus, & in
eorum cauis additus: denique formicosam verru-
cam tollit, carne qua in ambitu est adipe circum-
lita.

Hæc eadem præstat succus à teneris syluestris
Fici cauliculis, quandiu lacteo liquore prægnans
est, nec dum oculis egerminauit. Tum enim hi tui
exprimuntur, & succus siccatus in umbra reponi-
tur. Porro & liquor & succus ad exulceratoria
medicamenta vsurpantur. Decocti verò cum bu-
bulis carnibus ficulnei surculi efficiunt, vt hæ
faciliter percoquantur. Lac quoque si dum coqui-
tur, spathæ vice ficulneo eiusmodi surculo mouea-
tur, maiore illud vi præditum efficiunt.

Grossi, quæ & Erinæi quibusdam dicuntur, co-
ctæ & illitæ, collectionem omnem, strumamque
emolliunt. Cruda verò cum nitro & farina impo-
sita, fornicationes thymosque tollunt. Quin &
hæc eadem ipsa folia possunt. Cum aceto autem &
sile illita, vlcera in capite manantia, furfures &
epinyctidas sanant. Iis quoque ficosæ scabræque
genæ perfricantur. At nigra Ficus foliis ramulif-
que vitilignes albæ perunguntur. Faciunt quo-
que aduersus canum morsus cum melle, & ad vl-
cera quæ faui, Græcis κνεία vocantur. Grossi cum
papaueris syluestris foliis ossa extrahunt: furuncu-
losque cum cera discutiunt. Cæterum cum eruo ac
vino impositæ, contra muris aranæi morsus &
scolopendræ venena possunt. Fit & è cremato-
rum tam syluestris quam satiuæ Ficus calculorum
cinere lixiuum. Sed cinerem plurimum diutissi-
mèque macerari oportet. Vtile porro est ad me-
dicamenta caustica, & partibus prodest gangræna
tentatis. Nam expurgat & consumit quæ excres-
cent: Vfus est, vt eo imbuta subinde spongia su-
perponatur. Interdum & insunditur, quemad-
modum Dysentericis, & in vetustis fluxionibus, nec non
& sinibus cuniculatis depascentibus, iisq; magnis
Etenim purgat, conglutinat, carne replet & oras
committit, æquè ac emplastra quæ cruentis vul-
neribus imponuntur. Propinatur & ad san-
guinem in grumos concretum itemque conta-
præcipitationes, rupta atque conuulsa cum aqua
cyatho recens excolatum, admisto olei exiguo.
Cœliaciis, ac dysentericis per se Cyathi mensura da-
tura auxiliatur. Neruorum vitis & conuulsis ex
oleo conuenienter illinitur: quippe quod sudores
moueat. Bibitur & aduersus gypsi potum,
phalangiorumque morsus. Eisdem porro effe-
ctus exhibent lixiuia reliqua, præsertimque quer-
num: omnia verò astringendi vi pollent. Hæc
Diosc. De qua postrema eius sententia infra,
post vires ex Galeno specialius trademus. Plin.
quoque testatur, Ficus succum lacteum coaguli
vsum præbere acetique naturam habere, & plera-
que alia Diosc. de Ficu placita confirmat diuersis
locis, additque Lac eius pilos detrahare, palpe-

Menses re-
tenti.

Essarium.

Laxant.

Papula.
Sudor.
Sitis.
Caricari
vfu.
Fluxiones

Color pal-
lidus.
Asthma.
Hydrops.
Tussis.
Inflamma-
tio oris.

Durities.
Furunculi.

Pterygia.

Vlcera ti-
biarum.

Hydrops.
Perniones.

Tinnitus.
Lactis vis.
Aluus.
Vterus.
Menses.
Podagra.
Lepra.
Lichenas.
Vitiligo.
Psora.
Vlcera capi-
tis.
Ictus Gener.
Dentium
dolor.
Ferruca.

Fici silu. vi-
res.
Exulcerat.

Grossorum
vis.
Struma.
Fornicatio.
Folia.
Vlcera capi-
s: abrities
faciei.
Vitiligo.
Canu mor-
sus.
Vlcera ce-
ria
Fractura.
Ictus Gener.

Lixiuum
Causticum
Gangrana.

Dysenteria
Fluxiones
Setusa.
Vlcera ca-
ni.
Facultates.
Sanguis cu
crepus.
Cafus ex
atro.
Celiaca.
Dysenteria.
Nerui con-
uulsi.
Sudorificum
Contra gy-
psum.
Morsus Phal-
lang.
Vires ex
Plinio.

Pilothrum

brarum scabiem emendare. Fici maturæ, eodem teste, urinam cient, aluum soluunt, sudorem mouent papulasque. Ob id autumnis insalubres, quoniam sudantia huius cibi opera corpora perfri-
 gescunt. Nec stomacho vtilis: sed ad breue tempus & voci contrariæ intelliguntur. (Dal. nec stomacho contrariæ legit:) rectius fortè, inutiles: Voci autem contrarias esse, experimento repugnat: fortè, nec voci legendum. (Medicatas vocat, quarum maturitas, vt sint præcocios, caprificatione acceleratur, de qua re in superioribus plus satis.) Iuuenum vires augent: senibus meliorem valetudinem faciunt, minusque rugarum. Sitim sedant: calorem refrigerant: ob id non neganda in febribus constrictis, quæ *stagnas* vocant. Sicca Fici stomachum lædunt: gutturi & faucibus magnificè vtilis. Natura his excafaciendi. Sitim adferunt. Aluum molliunt: rheumatismis eius & stomacho contraria. Vesicæ semper vtilis & anhelatoribus ac suspiriosis. Iocinoris, renum, lienis vitis. Corpus & vires adiuuant: ob id antè athletæ hoc cibo pascebantur: Pythagoras exercitator, primus ad carnes eas transtulit, [illarumque esu carnem & habitum corporis augeri docuit.] Recolligentibus se à longa valetudine vtilissimæ: omnibus quæ maturata aut discutienda sūt imponitur: efficacius calce aut nitro admisto. Coctæ cum Hysopo pectus purgant, pituitam, tussim veterem. Cum vino autem ad sedem & tumorem maxillarum, & furunculos, panos, parotidas decoctæ illinuntur. Vtile & decocto earum fouere scæminas. Decoctæ quoque eadem cum scænogræco vtilis sunt pleuriticis & peripneumoniacis. Tiliarum vlcetibus, cum acris flore. Pterygiis cum Punico malo. Ambustis cum cera. Hydropicis coctæ in vino & cum Absynthio & farina hordeacea, nitro addito. Aluum sistunt manducatæ. (Secum ipse pugnat Plin. nam prius aluum mollire dixerat: Legendum ex Diosc. Aluo vtilis sunt, *ἐκκόλια ἐστίν*, vel aluum cient. D.) Carbunculos extrahunt in vino coctæ & impositæ. Carcinomati, si sine vlcere est, quàm pinguis Ficum imponi, penè singulare remedium est: item phagedænæ: Cinis non ex alia arbore aciem purgat acrior, [de lixiuo ficulneo id Diosc. Plinius verò, nisi pro acie vlcera legamus, de oculis intelligere videtur, quod Diosc. de vlcibus scripsit] conglutinat, replet, adstringit. Bibitur & percussis, præcipitatis, conuulsis, ruptis, Cyathis singulis aquæ & olei. Datur tetanicis & spasticis: & si quis cum oleo perungatur, excafacit. Item cum cera & rosaceo subactus, ambustis cicatricem tenuissimam obducit. Lusciosos ex oleo illitus emendat, dentiumque vitia crebro fricatu. Produunt etiam, si quis inclinata arbore, supino ore aliquem nodum eius morsu abstulerit nullo vidente, atque in aluta illigatum hinc è collo suspenderit, strumas & parotidas discuti. Cortex tritus cum oleo ventris vlcera sanat. Crudæ grossi verrucas & thymos nitro farinæque additis, tollunt. Spodii vicem exhibet fruticum à radice exeuntium cinis. Bis tostus adiecto psimythio digeritur in pastillos, ad vlcera oculorum & scabiem. Caprificus etiam num multò efficacior Fico. Lactis minus habet: furculo quoque eius lac coagulatur in caseum. Exceptum id coactumque in duritiam, suauitatem carnibus affert. Dentium dolori hic succus appositus in lana prodest. Bubulas carnes additi caules magno ligni compendio percoquant. Grossi illitæ strumas & omnium collectionem emolliunt & discutiunt. Aliquatenus & folia. Quæ

mollissima sunt ex his, cum aceto vlcera manantia, & epynictidas & surfures sanant. Grossi Caprifici inflammationes (inflationes, *ch.*) discutiunt suffitu. Resistunt & sanguini taurino potio, & psimythio, & lacti coagulato potæ. Item in aqua decoctæ atque illitæ parotidas sanant. Cauliculi aut grossi eius quàm minutissimæ ad scorpionum ictus è vino bibuntur. Lac quoque instillatur plagæ, & folia imponuntur. Item aduersus murem araneum. Cauliculorum cinis uam faucium sedat. Arboris ipsius cinis ex melle, rhagadia. Radix deseruetata in vino, dentium dolores. Hyberna caprificus in aceto cocta & trita, impetigines tollit. Illinuntur ramenta ramorum sine cortice quàm minutissima ad scobis modum. Caprifico quoque medicina vnus miraculum additur. Corticem eius iam pubescentem (impubescentem. *alij*) puer impubis si defracto ramo detrahat dentibus, medullam ipsam adalligatam antè Solis ortum prohibere strumas. Caprificus tauros quamlibet feroces, collo eorum circumdata, in tantum mirabili naturâ compescit, vt immobiles præstet. Quæ sanè duo prodigiola sunt miracula, si euentus respondeat, quemad. & illud antè dictum caesorum animalium carnes perquam celeriter tenerescere, & fragiles effici, quæ in Fico pependierint. Quorum rationem inuuit Plutarchus in Symposiacis. Quum inter obsonia Aristionis Coquus immolatum Herculi gallinaceum gallum recentem, tenerum & penè friabilem obtulisset, tam citam teneritudinem fico acceptam referebat Aristio, contendens iugulatas aues etiam præduras teneritatem contrahere, quæ pensiles adherere Fico.

Causam adfert Plutarchus: namque quod auram halitumque vehementem ac validum expiret ficus, visus satis testatur. Fidem quoque facit quod uulgo de tauris proditur & modò ex Plin. relatum, quamuis alio modo: ferocissimus quisque huic alligatus arbori, mitescit, tangique manu ac subigi tolerat, & efflans iram, animumque veluti flaccescentem deponit, tantis viribus pollet ea spiritus acrimonia, vt, ruat licet sæuiatque taurus, imperet furori. Siquidem arboris Fici plus ceteris lacte copioso prægnans est, sic vt & lignum, ramus, pomi, pomum eo planè referantur. Quapropter cum amburitur, fumus, quem eructat, & maximè mordet & vellicat. Ita Theophrasto, Aristophanisque in Vespis, *ὁ τῆς σκῆπῆς καπνὸς δ' ἐμύπτει ἐστίν*. An verò, quod Plutarchus putat, causa, cur cicur fiat Taurus, Fico alligatus, (si modo fit) sit tribuenda acrimoniae arboris spiritus, nondum concedimus. Qualem enim & quàm vehementem oportet esse in taurum illum spiritum, quem innoxium non ferat modò, sed nec vllum sentiat, aut saltem non patiatur vel homo, vel animal quoduis aliud? Causam igitur potius (si res sit experimenti indubitati) ad occultam quandam proprietatem, & cuius alia manifestior in obscura & miserabili hac nostra literaria peregrinatione, nulla reddi queat, quemadmodum nec aliarum plurimarum in eiusmodi occultis naturæ miraculis.

Sed quam dicemus rationem, cur gallus iugulatus si in Fici arbore penderit, tenerescat, quod alii non tantum de gallinacea, sed de omni alia carne tradunt, vel Curtio teste. Plutarchus vt dictum, rationem reddit auram acrem & validam, ideoque coquentem: additque Equos & asinos tum maximè bulimo affici, cum aut Ficus recentes, aut mala baiulant. Sed hæc ratio non satisfacit priori quæstioni. Est hæc aperta & manifesta

Vlcera manantia.
Sanguis tauri remed.
Contra Murem ar.
Puuula
gentium dolor.

Ficus miracula.

Cur ex ficu tenerescat carnes.

Cur mitescat ab eadem taurus.

Requiritur opinio Plin. tauri.

Alia ratio

Cur gallus tenerescat?

nifesta ad suum effectum. Acrimonia nimirum lactis ficulnei, quale in ficu immatura deprehenditur, eam vorandi cupiditatem inducit. Mala verò id duplici ratione efficiunt, vel propter frigiditatem & adstrictionem, si immatura sint: (vtraque enim harum facultatum famem & appetitum ciere potis est) vel quia citò descendunt, & ventriculum vacuum relinquunt, si lapida sint, tenera atque dulcia. At non est aperta illa vis Ficus ad appensam tantummodò carnem? Quod si paulò diutius ex ea penderet, temporis potiùs spatium causam acceptam ferremus, quippe quo vel absque Ficu carnes, & potissimum gallinaeas, tam nostrarum quam Indicorum Gallorum tenerescere atque adeò friabiles reddi, tam certò scimus, quàm huius cognitionis optatam interdum ferimus appetitus coniuualis gratiam. Quomodo enim id à spiritu vel halitu arboris simplici euenire queat, (nisi quis fortè & hic occultam aliquam vim causari velit) fatemur ingenua illa, sed fragilitatis interim suæ confessionis formula: nos nescire.

Cur fulmine ficus non percellatur

Idem Plutarchus & alij plures, Ficum fulmine non icipi existimant: causam tribuit idem amarori & trunci vitio, vt talia fulgure non percellantur. Quod si verum sit, multiplex profectò, còtra rem tam horridam, tamque pertimescendã, & tantum naturæ periculum remedium iam nobis innotuit, cum tot res amaras inuenire sit obuium. Aliud de hac re iudicium in superioribus exposuimus.

Hæc Philosophica sunt.

Cur fici succus amarus, fructus dulcis.

Magis etiam ad artem accedit, quod ille ipse autor quærit in Symposiacis: cur Ficus πικρὴ καὶ γλυκύτης ἔσται, nascatur ἐκ δένδρου πικροτάτου? Cur, inquam, cum Fici arbor amarissima sit, fructum tamen ferat dulcissimum. Et sanè haud parum torfit hæc quæstio Plutarchum, vltro citroque ingenij pendente vela pro consequendo cursu rationis & veritatis. At non vidit ille disputator idem euenire in alijs plerisque arboribus. Amarus succus Pruni potissimum syluestris: at fructu maturatione tandem ad gratiam redigit atq; dulcorem. In Cerasis nihil dulce. At fructus plerique dulces nascuntur. Américans, austerus vel insuauis Piri non succus modò, sed partes eius omnes pluraq; videas Pira dulcia, quàm non dulcia, præsertim probè matura. Concludamus cum summo disputatore Aristotele, omnia coctio ne dulcescere. Quantò magis geminà? internà, inquam, à forma & calore animæ Fici, Cerasi, Piri &c: & externà à colore Solis. Eadem rationes, cur Fici arbor amarissima Plutarcho fructus ferat dulcissimos quod nobis fuit demonstrandum. Et decuit fortassis lectorem in tam longa Ficuum translatione, aliquot quæstioncularum ventilatione recreare.

Plutarchus.

Nunc & cæterorum autorum placita de Fici viribus persequamur, vbi priùs quadam de Sycite vino adiecerimus.

Obscurè de eo Plinius: Id verò tenuium esse partium, flatus gignere, stomacho aduersari, fastidium creare, bonam tamen facere aluum, urinam ciere, menses trahere, lactis vbertatem præstare, at vitiosum sanguinem creare, Elephantiasimque & Zythum inferre tradit Dioscorides, modum parandi addens.

Acotum Sycites Colum.

Aceti sycitis seu ficulnei parandi modum hunc docet Columella. Sunt quædam regiones, in quibus vini, ideòque etiam aceti penuria est. Itaque Ficus viridis quàm maturissima legenda est, vti que etiam si iam pluuiæ inceserunt, & propter imbres in terram decidit: quæ cum sublecta est, in

dolium vel in amphoras conditur, & ibi sinitur fermentari: deinde cum exaruit, & remisit liquor, quicquid est aceti, diligenter colatur, & in vasa picata benè olida diffunditur: hoc primè notè acerrimi aceti vsum præbet, nec vnquam situm vel mucorem contrahit, si non humido loco positum est. Sunt qui multitudini studentes aquam Ficus permisceant, & subinde maturissimas Ficus recentes adiciant, & patientur in eo iure tabescere donec satis acris aceti sapor fiat. Postea in iuncea fscellis, vel sparteis facis percolent, liquatimque acetum feruefaciant, dum spumam, & omnem spurcitiam eximant, aut torridi salis aliquid adiciant, quæ res prohibet vermiculos aliaue innasci animalia.

Alia ratio.

Cæterum ficus arida, ex traditione Galeni, vim habent exalfaciendi ordine primo completo aut secundo incipiente: habent verò etiam partium tenuitatem quandam. Ex istis duabus idoneæ sunt, quæ duos tumores concoquant: statim verò etiam eos digerant: atque ipsæ per se illarum eiusmodi vim obtinent. Sed & decoctum earum eiusdem vti que naturæ est. Verùm vbi magis concoquere consilium est, miscenda est farina triticea: vbi verò plus digerere, hordeacea: panis horum in medio. Porro scire oportet, quod quæ pinguiorres sunt, magis possunt concoquere: quæ verò gustu aciores, magis tum extergere, tum digerere. Cæterum quod ex iis plurimum in aqua coctis efficitur, simile est melli non solam consistètia, sed & facultate. At Ficus virides comestæ, propter admixtam humiditatem facultatis sunt imbecillioris: subducant tamen aluum vtræque tum humida, tum sicca. Ficus verò Caprifici actis & digerentis facultatis sunt. Sic etiam domesticarum grossi, quas *δλυδης* vocari diximus: inest enim illis non nihil etiam succi ex Ficu arbore. Ipsa Ficus arbor calidæ tenuiumque partium temperaturæ est, vt indicant & liquor eius & foliorum succus. Valenter vterque calidus est: quare non mordicat tantum aut vehementer abstergit, sed & vlcerrat & ora valorum referat, & verrucas quas myrmecias vocant eiicit. Sed & purgare potest. Ficus agrestis, tum liquor tum succus ad omnia quàm fatiue valentior est. Sed & cradæ earum adeò sunt calidæ tenuiumque partium, vt carnes bubulas duras, si coquendis adiciantur, friabiles ac teneras efficiant. Hæc Gal. in 8. simpl.

Cavicarum temperamentum ex Gal.

Decoctum.

Ficus virides.

Laxant aluum. Ficus Caprifici Arboris temperaturam.

Succi temperaturam.

Ad Scirrhus.

Temperam cradæ.

Nephritis.

Idem lib. de alim. Ficus, inquit, tametsi minùs prauis succi gignant, quàm cæteri omnes non modò fugaces sed & autumnales fructus, non tamen prorsus id vitium effugere potuerunt. Cæterum hæc ipsis insunt bona, nempe quod commeabiles sint, & facilè in totum corpus peruadant penetrantque. Nam & abstergendi vi pollent haud obscurà: cuius gratia post ipsarum esum nephritici multas arenulas excernunt. Cum porro omnes autumnales fructus exiguum corpori alimentum præbeant, minimè omnium Ficibus id vsu venit: carnem tamen non compactam neque firmam generant, ceu panis & suilla caro, sed turgidulana & subinanem, veluti Fabæ. Quin ventrem flatibus impleant & ipsæ, nec mediocrem profectò hinc molestiam intulissent, ni etiam celerem descensum essent adeptæ, cuius beneficio cum celeriter peruadant, flatus quem excitant non diu manet, atque ob id minùs cæteris autumnis fructibus lædere consueuerunt. Matura Ficus immaturas non mediocriter antecellunt, quod & in alijs omnibus cernitur fructibus, quàmquam non tantum in illis discrimen existat. Siquidem ad plenum maturæ Ficus paulò minùs omni prorsus

noxia vacant. Ficus & Vua, quemadmodum inter fructus autumnales principatum obtinent, ita fugacibus omnibus magis nutriunt, minimūque prauī succi habent, praesertim cum exactam maturitatem fuerint adepti. Quodque nutriant, maximo argumento sunt ii, qui vinearum fructum custodiunt: siquidem cum duos menses solis vis ac Ficubus, quarum custodia praesunt, vescantur (nisi forte panis quippiam cum illis addant) obesi tamen ac pingues fiunt. At caro quae ex ipsis gignitur, haudquaquam est firma ac densa, quemadmodum ea quae ex carnibus fit, sed laxa ac praeumida: ob id celeriter etiam cum vesci ipsis desierint, contrahitur ac confidit.

Observatio

Obesitas.

Caricatum
vius.

Pediculi.
Caricatum
temperam.
Ventre
& Renes
purgant.
Noxia ea-
rum.

Hepas ob-
structio.

Ficorum
condimen-
tum.

Experimen-
tum.
Longa Vita

Experimen-
tum.

Ficedula.

Pue.ula.

Recentio-
rum error.

Caricae quidem multiplicem habent utilitatem, si quis tamen largitus esitauerit, ab eis offendetur: non admodum enim probum sanguinem gignit: quapropter pediculorum quoque agmen eas comitatur. Incidendi extenuandique vim habent, qua & ventrem ad excretionem irritant & renes expurgant. Pecori autem Lienique inflammatione obsessis sunt noxiae quemadmodum & ficus, non peculiari quadam eximia facultate, sed communi ratione dulcium omnium ciborum ac potuum. Obstructis illis aut scirrho tentatis ex sese nihil profunt aut obsunt, sed medicamentis incidentibus ac extenuantibus & extergentibus mixtae non mediocriter auxiliantur. Ideoque nonnulli medicorum in dictis Lienis ac hepatis affectibus exhibent ipsas longe ante cibum cum Thymo aut Pipere, aut Zingibere aut Pulegio, aut fatureia, aut Calamintha aut Origano, aut hysopo: ad eundem etiam modum si caricae cum alio quopiam illorum quae facultatem habent acrem aut omnino incidendi assumantur, non solum sic affectis, sed sanis quoque utiles erunt: siquidem iccoris meatus, per quos fertur alimentum, apertos esse non agrotantibus modo, sed bene valentibus etiam tutissimum est. Proinde hoc pacto Ficus cum sale extenuante aceto & garo preparatas vulgo comedunt, quod id utile esse experientia didicerint. Verisimile est, ipsorum nonnullos Medici cuiusdam consilio adductos, Ficus hoc modo primum comedis, deinde eam notitiam ad vulgus dimanasse. Qui vero cum cibo aliquo incrassante Ficus & Caricas edunt, non mediocriter offenduntur. Haecenus Gal. qui ut salubrem vitam degeret, ab omni fugaci pomo abstinuisset se tradit ab xxviii. anno aetatis ad senectam usque exceptis exacte maturis Ficubus, atque vis, quae minus inutilia esse existimavit, ut ex modo dictis abunde patet. Idem ait quod quicumque amicorum suae parvum admonitioni, ut ab *ὀπωρῆς* fructibus abstineret, sine morbis fuisse.

Martialis Epigram. 13. traditum Distychon non male & huc quadrare videtur: quamuis ille ad Ficedulam referat, aut allusisse videatur.

*Cum me Ficus alat, cum pascat dulcibus visis,
Cur potius nomen non dedit vna mihi?*

Est autem Ficedula M. Varroni dicta auicula, quod ficubus vescatur, ob quam rem etiam *συκάλῃς*, aliis *συκοῦλις* dicitur, & *ἀμπελις*, id est, vuedula, ab visis quas etiam paschitur, quibus mirum in modum pinguescere creditur. Hanc Recentiores falso putant esse quamcumque Autumnalem auiculam ob pinguetudinem expectam: certa enim species est, corpore grandiusculo quam Luscinia, oblongo, colore misto ex rano, cinereo, pallido, Pellagiam Vascones vocant: quod ex Scalig. observationibus hic annotare placuit, sed ea lege ac omine, uti nobis non sit fraudi materias commisisse.

Porro Gal. lib. 8. simpl. cap. de Cinere. Dioscoridem haud iniuria reprehendisse videtur, quod lixiuia omnia adstringendi vim habere prodiderit, inter quae & ficulneum connumeravit. Nam cum Lixivium ut Gal. verbis utamur, sit tantummodo *ἀπὸ κλησίου πέρας*, id est, cineris lotura: id certe cineris, e quo fit, naturam respicere consentaneum fuerit. Porro cum cinerum natura non vna sit & eadem, sed pro materiae combustae diversitate diversa, aliorum quidem adstringentia, aliorum vero acris & absterforia, & ipsa quoque lixiuia pro cineris, e quo facta fuerint, varietate varia esse necesse fuerit. Quapropter doctiss. Sarrac. ut ne Galeni reprehensionem locus esset vllus, supra adducto loco apud Dioscor. mendum subesse haud male suspicatur, & *ἀπὸ τῆς συνίσης, καὶ συνίσης* legendum esse iudicat.

Diosc. not.
Lixivia nō
omnia a-
stringere.

Diosc. locus
cor.

Temper. ex
Sim. Seth.

Non abs re fuisset Simeonis Sethi paucis verbis & veluti compendio, tradita de Ficuum virtutibus adscribere, nisi pleraque ex Gal. essent desumpta. Dicamus quaedam ex eo. Fici, inquit, primo ordine calefaciunt intenso: desiccant vero medio primo, nutriuntque abunde, sed vento ventriculum complent nisi probe concoquantur. A Nephriticis comesta, multas arenas educunt. Pectus & pulmones iuuant: aiunt insuper contra venena medicamentum ficos esse, eos singulis diebus ieiunus si quis sumat.

Sed ut de Ficorum erga venena vi magis constet, nota est Mithridatis compositio, tantopere a multis celebrata, de qua etiam Iuuenalis. Satyra 14.

Ad Venena

--- Atque eme quod Mithridates
Composuit si vis aliam decerpere Ficum.

Quippe caricae cum Iuglandium nucibus commanucatae, egregie venenorum maleficia hebetare creduntur. De Mithridatis antidoto plura habes in historia Nucis Iuglandis. Denique omnium fructuum quos *ἐυλίανος*, id est, Ligneos, [quoniam e materia stirpium lignea oriuntur, a quibus diversi cereales, *σπέρμα*] appellant, utilissimos esse ficos etiam Herodotus Lycius in opere suo de ficibus [ut scribit Athen.] planum facit multis verbis, ac Ficuum succo recens natos puellulos optime ali, vegetosque fieri, si illis nutriantur, affirmat. Pherecrates, qui Perlas edidit, inquit:

Infantium
recens na-
torū cibum.

*Aspexit nostrum si quispiam aliquando Ficum ferentem,
cum tempestiva esset,
Puellulis, ut nit eant, obtritam in cibum dat, tanquam
medicamentum non vulgare Ficus sit.*

Herodotus in primis admirandus & mellifluus lib. 1. hist. ingens bonum mortalitati ficus esse, ad hunc modum scribit: Aduersus illos homines, & rex, exercitum comparas, qui anaxyride [femorali seu subligaculo] & reliquo vestitu coriaceo vtuntur: cibantur vero non iis quae cupiunt, sed iis quae suppetunt, regionem asperam incolunt: vinum, per Iouem, non bibunt, nec ficos nec aliis lautis cibus vescuntur.

Polybius Megalopolites lib. 12. narrat, Philippum Persei patrem, cum incursionibus Asiam vastaret, commeatus inopta, quia frumentum deesset, in cibaria militum a Magnesiis Ficus accepisse, ideoque potitum Myunte, ac pro datis ficos eum locum tribuisse Magnesiis. Ananias Iambicus:

*In adibus auri multum si quis conluserit,
Et paucas Ficus, &c,
Quanto Ficus auro sint praestantiores intelliget.*

Tam prolixè Magnus de Ficibus cum tractauisset, ad

ad hunc modum locutus est Daphnus medicus Philotimus lib. 3. de alimentis, recentium Ficum ait plures esse inuicem differentias, nempe generis, temporis quo proueniunt, & facultatis: ceterum in vniuersum, humidam & maturam ocyssimè dissolui ex omnibus, & quouis alio fructu celerius coqui, nec alius impedire cibi coctionem: humidarum facultatem glutinosam esse ac dulcem, subnitrosam tamen: (ob lactis exiguam acrimoniam) deiectiones moliri largiores, liquidiores, promptiores, minimèque molestas: succum salum & subacré corpori suppeditare cum sale deuoratas: at quod præbent alimentum citò dissipari. Itaque multis Ficum esu valde auctam molem corporis, breui post tempore gracilescere ac extenuari supra modum: quod profectò non accideret, si perstaret alimentum è Ficu perceptum, & statim discuteretur.

Impingent.

Experimentum.

Glutinosam.

Deiectione mouent innoxie.

Cur promptius egerantur. Cur salsum succum generent.

An frigida vel calida. post ficum esum bibenda.

Post sumptum ficum. largius bibendum. Meridie non edenda.

Reliquis porò fugacibus fructibus à ventriculo facilius superari hoc arguit, quòd non solùm citra noxam copiosius altis fructibus ingerimus, sed etiam quòd illis præsumptis si consuetum & parem cibi modum addamus id nihil incommodet: vnde manifestum est, vtrumque cibum à ventriculo confici, & minore negotio Ficus vici quàm alios fructus, nec obstare quominus alius cibus coquatur. Facultas quidem ea Ficus est, quàm proposuimus. Glutinosam & salsum, ex eo deprehendimus, quòd ob lentorem manibus inhaerescit, & illas tamen absterget: dulcem linguæ & oris iudicio cognoscimus: Quòd autem sine torminibus & perturbatione alui deiectionem moueat celeriore, copiosiore, molliorem, vt probemus, verbis haud multis fuerit opus. At verò in ventriculo Ficus parum immutatur seu alteratur, non quia difficilis sit earum coctio, sed quia confestim deglutimus dentibus nondum extritas & comminutas: qua de causa promptior est earum excretio.

Salsum quidem succum à Ficis procreari, & in corpus diduci indicauimus, quoniam, vt est demonstratum, nitrosi sunt: augetur salugo addito sale, quo cum ferè recentes comedi solent etiãnum hodie in Italia & Galloprovincia. Ita augetur olim acrimonia etiam adiecto vel Thymo, vel reliquis supradictis herbis, vel aceto. Ac veteres esitasse Ficum cum sale, Thymo atque aceto, abundè colligere licet ex Athenæo.

Heraclides Tarentinus in Conuiuio (vt idem refert) dubitat & percontatur, post esum Ficum an aqua gelida bibenda sit, an calida. Qui calidam malunt, illos inquit hoc suadere, quòd animaduertant sordidas manus aqua calida lotas confestim purgari, & hoc exemplo credibile putent in ventriculo Ficus è vestigio dissolui, præsertim cum extra corpus nostrum aqua calida ficum continentes partes distrahatur, & in tenues portiunculas liquatas diuidatur, frigida verò illas contrahat, & cogat. E diuerso, qui frigidam bibendam sentiunt, sic ratiocinantur: frigida potione ob eius grauitatem, quæ insident ventriculo deorsum protrudi: non admodum bellè ventriculum habere post esum Ficum, quia estuosus & imbecillus reddatur: quamobrem quidam extemplo merum bibunt: aquam porò frigidam in ventriculum acceptas illas depellere.

Est autem post sumptas Ficus largius & affatim bibendum, ne in ventriculo subsistant, sed ad inferiorem intestinorum partem delabantur.

Quidam Ficus aiunt edendas meridie non esse, quia tum morbosæ sint, id quòd etiam in Crapallis Pherecrates dixit. Aristophanes in Proagone.

Aegrotantem verò aliquando ipsum astate cum vidisset.

Vt aegrotaret etiam ipse, meridie Ficus comedabat.

Eubulus in Sphingocariatione:

Per Iouem ita est: Etenim rectè non valebam, & vitè optime,

Vt que nuper Ficus edissem meridie.

Nicophon in Sirenibus:

Vestrum si quis Ficus meridie

Recentes, posteaquam esit arit, obdormis, at, febris *Cautio à febre.*

protinus.

Cursu aduenit.

Diphilus Siphnius inquit, recentes ficus & prauum & paucum alimentum præbere, egeri faciliè, innatare ventriculo, & citius in habitum corporis distribui, quàm ficcas.

Recentes.

Demetrius Scepsius lib. 15. Troiani apparatus scribit, eos qui ficis abstinent, esse vocaliores, ideòque Hagesianacta ciuem Alexandrinum, qui historias composuit, cum initio pauper esset, eximium Tragediarum actorem & histrionem euasisse, voceque mirum in modum sonora, quia per annos octodecim ficum non esitasset: ideo studiosis vocis abstinere ficu Græci iubent.

Qui ficis abstinent, vocaliores

Abstinentia à ficibus.

Proverbia de ficu.

Notum est quòd de ficis iactatur prouerbum.

Post piscem Ficus, post carnem legumina.

De quo, quia extat apud Eras. in adagiis, plura non dicemus.

Baptista fierus vires quasdam ficum breui nec ineleganti carmine complexus est:

De illis etiam Eob. Hessus:

Ergo tot inter opes regnantis fructibus anni,

Prima locum merito Ficus & vna tenent.

Vtraque nam succis implet melioribus, & nil

Quæ noceant vitii damna ferentis habent.

Decoctum, inquit Paulus, ficorum, plerique Sycion appellauere: quòd & defruto quoque nomen est. Hippocrates Sycion.

Sycion.

Posteritatis obseruationi tribuendum, ficos cum fermento tritas, admixto sale, pestem aliaque vlcera vel tumores emollire adeò vt intra paucos dies abscessus rumpatur. Eodem tamen medicamento Regem Ezechiam vsum fuisse (2. Reg. c. 20.) existimat Tragus.

Ad pestem.

Matthiol. sibi experimento compertum esse tradit caricas duas aut tres nocte vna in aqua vitæ maceratas Asthmaticos iuuare, qui manè eas deuorauerint. Ad nephritidem & dolorem colicum experimentum excellens & præsentaneum eiusdem, vt ille ait: Caricarum albi, Græci ana M. l. coquantur in lib. i. s. vini ad consumptionem tertie partis, cum sale pauco iniiciatur per clysterem, sordes multas ad flauas educit. Ficum decoctum calidum infantibus propinatum, ethymata & exanthemata protrudit.

Experimentum ad Asthma.

Aliud ad Nephritidem & colicam.

Ficulneo lacte vermiculosa: sanantur aures: & ficulneis foliis faciliè affricu citantur hæmorrhoides, qui hodie vulgò facillimus & tutissimus habetur hæmorrhoides excitandi modus. Practici quoque & ad promptè maturandos panos caricis decoctis (quibus tamen vel solis magnam in eo casu tribuunt vim) addunt radices Lili, Altheæ, cæparum &c:

Exanthemata.

Hæmorrhoides.

Si quis ictus, vel demorsus ab animali venenoso, is instillet tres, vel quatuor guttas lactis ficulnei supra vulnus, & mirum, teste Mizaldo, inueniet præsidium.

Ad ictus animalium Generatoris

Rondeletius in sua praxi de calculo renum non vult in Enemate addi ficus, quia inquit vesicæ nocent: quæ verò possit esse ratio nec addit ille, nec nouimus ipsi. Arenulis expellendis opportunas

vno ramulo hæferint, vt illi, ignorat idem, quia singularem accipiebat.

PIMPINICHI ARBOR

LACTESCENS.

CAP. LXVIII.

Descriptio IN omnibus continentis Indiae oris, inquit Mo-
nardes, lacteus quidam succus eliciter ex arbu-
sculis Malorum similitudine: Indi Pimpinichi
vocant: è cuius ramis recisis lacteus humor illicò
emanat, aliquantulum densus & viscosus.

Vires.

Purgans.

Puluis.

Peculiaris

Sis.

Tempera-

mentum.

Huius succi tres aut quatuor guttæ sumptæ,
validissimè per aluum purgant bilem & aquas.
Bibitur ex vino, aut desiccati puluis deglutitur
pauca quantitate propter nimiam vehementiam.
Illud autem peculiare habet, quòd si quis illo
sumpto iusculum, vinum, aut aliud quid iniiciat,
subitò eius operatio infringitur & cessat. Sed eo
sumpto, à somno abstinendum. Calidus est &
siccus hie liquor in tertio gradu: ideòque vali-
dum nimis & perniciosum medicamentum, quo
etiam sicut & aliis eiusdem generis, vt desitum
est, aduecto Mechoacam, de quo suo loco.

FICVS INDICA.

CAP. LXIX.

Descriptio
Clusii.

Ficus Indica
auctore Clu-
sio in magnam
altitudinè vni-
co trunco eo-
que admodum
crasso assurge-
re solet: ramos
deinde in om-
nia circum late-
ra expandit, qui
tenues quas-
dam fibras siue
filamenta [qua-
lia in Cuscuta
vulgò nuncu-
pata conspicu-
nus] coloris
dum recentia
sunt, ærei siue
aurei demittit.
Iis vbi terram

attigerint firmantur, novamque quasi sobolè ge-
nerant: etenim magnam crassitudinem paulatim
acquirunt, & veluti in novos arborum caudices
transcunt, qui novos rursus summa sui parte in
latera ramos spargentes, novis de novo fibris deorsum
missis sese propagant. Sic alii deinceps rami
in insitum, vt interdum vnica arbor suis pro-
paginibus integrum ferè miliare Italicum in am-
bitu occupet, sitque difficilè, quæ primaria sit ar-
bor, siue omnium istarum prolium parens diu-
dicare, præterquam ex trunci amplitudine, quæ
nonnunquam in matre tanta est, vt trium viro-
rum vlnis vix apprehendi queat. Verùm non
modò inferiores rami similes fibras spargunt, sed

Tom. I.

etiam in arbore summi: ideòque vnica arbor
densissimam syluam efficit. Sub eas autem ar-
bores aditum sibi paraturi incola fibras iam in
truncos conuersas, tenuiores scilicet, excindere
solent, atque ea ratione veluti concamerationes
& vmbracula facere, arcendi calor gratia: adeò
enim densis ramulis reliqui maiores rami luxu-
riant, vt Solis radij nulla ratione penetrare queat:
immò concaui istarum fornicum multiplicisque
sinus sciunt inæqualiter inde resultantem aëra,
quæ causa est, vt Echo multis in locis ter atque
etiam sepius humanas voces reddat. Vidit verò
qui hæc retulit D. Fabricius Salernitanus, qui ali-
quot annis in Indiis vixit: Interdum octingentos
aut mille viros, quo in numero & ipse fuit, vnus
huiusmodi arboris vmbræ tegi: atque affirmabat
terna etiam hominū millia sub tali arbore latere
posse. Folia fert in nouellis ramis Mali cotonei fo-
liis similia, supernè viridia, infernè candicantia,
& lanugine, vt illa, pubescencia, quæ mirum in
modum ab Elephantis expetuntur, ideòque in eo-
rum pabulum cedere solent. Fructus est: emi pol-
licis articuli magnitudine, ficibus exiguis similis,
colore foris & intus sanguineo, granisque, vt
vulgares Ficus, plenus, dulcis quidem & edulis,
verùm saporis minùs grati quàm illa. Nascitur
autem inter folia, quemadmodum vulgares Ficus,
hoc est, in nouellis ramis, qua parte folia illis in-
herent.

Ioan. Hugo Linschot, qui ante paucos Annos
Goà rediit, eius iconem exprimit, sed lōgè ab hac
nostra diuersam: etenim non singulares radices
è ramis dependentes, verùm innumeras, illasque
adeò multifidas, vt vix arborem aut fruticem tam
variè multipliciterque sectas radices habere pu-
tem: hanc ob causam valdè suspecta ea est.

Garciam huius arboris nullam mentionem fa-
cere, suis mirari nequeo.

Indica regio inquit Theophrastus arborè Ficum
appellatâ gignit, quæ è ramis radices demittit sin-
gulis annis. Demittit autem non ex nouellis, sed
ex anniculis, atque etiam vetustioribus. Illa se-
teris insidentes veluti sepem circum arborem ef-
ficiunt, vt fiat veluti tabernaculum quoddam,
sub quo & homines degere solent. Radices autem
enascens manifestè à ramis discernuntur: sunt
enim candidiores, hirtæ, [descrip.] ac tortuosæ, bi-
naque fronde foliata. [descrip.] Ipla arbor co-
mam supernè lasciuam gerit, [descrip.] totaque fornicato ambitu pulchrè orbi-
culatur, & magnitudine vehemèter excellit, quip-
pe vmbram bino stadio facere fertur: & crassitu-
dine caudicis plerasque vltra quàm sexaginta gra-
dum [descrip.] pedis vestigiorum. Plin. passuum] orbem colligere, magna verò ex parte quadra-
ginta. Folium pelta non minus habet: [potius ad
similitudinem quàm ad amplitudinem referenda
hæc comparatio. Clus.] fructum admodum par-
uum magnitudine Ciceris, Fici similem: quam-
obrem Græci Ficum eam arborem appellabant.
Paucos verò admodum fructus fert: non tantum
pro arboris magnitudine, sed etiam omnibus re-
bus. Cur autem adeò exiguum & paucum ferat
fructum, idem Theophrast. causam reddit hanc,
nempe quòd ad geminatum efformationem to-
tum penè absumat alimentum: nam cum folio
amplissimo sit, etiam radicum ab eius foliis demis-
sarum generatio, nutrimenti causa videtur acce-
dere. Sed fortè è diuerso, vt quoniam in ea quo-
que pabulum dispensatur, ideò fructus exiliores
atque parcius proferat.

Nec à Strabone omissa fuit hæc arbor, quam si

N

Strabo

Arbor admir. non nomine expresse at lemmate manifesto describit, tali. India multas quidem admirabiles arbores fert, è quibus vna ramos ad terram pronos habet, frondes [alii folia vertunt] non minores clypeo.

Tabernaculum multi columnis Onofcritus, qui curiosius ea persequitur, quæ sunt in Musicana terra, Indiæ australissima, refert arbores quasdam ingentes esse, quarum rami, cum ad duodenos cubitos creuerint, reliquum incrementum pronum faciunt, deflexi, quousque terram contingant. Deinde terram ingressi radices agunt veluti propagines: mox rursus in truncum exeunt, à quo postquam aucti fuerint, inde flectuntur, & aliam propaginem efficiunt, & deinde aliam, & sic deinceps, vt ab vna arbore vmbra culum fiat, tabernaculo multicolunio simile. Narrat præterea miras arborum quarundam magnitudines, quarum stipitem vix quinque homines complecti queant.

Ficus Indica. Aristobolus vbi Acesines Hyarotidi permisceatur, de arboribus dicit, quæ ramos deflexos habent, & de earum magnitudine, vt sub vna arbore quinquaginta equites meridiari possint. Nearcus verò quadringentos ait.

Curtius. Ficum Indicam mirata est & Alexandri victoria, eo orbe patefacto, digna quidem, quam non solum ipse Alexander, ingenii sui nobilitate & sagacitate, atque omnis eius ingens exercitus demiraretur, sed ceteri quoque quotquot mortales sunt, de qua Q. Curtius in Hist. rerum ab Alexandro gestarum tradit [licet Fici nomenclaturæ non meminerit.] Alexandrum Poro rege, & Hydaspæ amne superato, ad interiora Indiæ processisse. Sylvas autem propè in immensum spatium fuisse diffusas, procerisque & in eximiam altitudinem editis arboribus: plerosque ramos instar ingentium stipitem flexos in humum, rursus quæ se curuauerant erigi, adè vt species esset non rami resurgentis, sed arboris ex sua radice generatæ.

Plin. Plinius verò hanc arborem ex Theophrasti placitis [qui Alexandri cœtaneus fuit, eique adiunctorum hominum narrationes haud dubiè magna diligentia excepit] descripsisse videtur, sed tam eleganter, vt, quod Scal. ait, sub ea æstiuare potius, quam eius historiam legere videaris. Ficus, inquit, ibi [in India] exilia poma habet. Ipsa se semper ferens, vastis diffunditur ramis: quorum imi adè in terram curuantur, vt annuo spatio infigantur, nouamque sibi propaginem faciant circa parentem in orbem, quodam opere topiario. Intra septem eam æstiuant pastores, opacam pariter & munitam vallo arboris, decora specie subter intuenti, proculve fornicato ambitu. Superiores eius rami in excelsum emicant, siluosa multitudine, vasto matris corpore, vt LX. P. pleræque orbe colligant, vmbra verò bina stadia operiant. Foliorum latitudo peltæ effigiem Amazonicæ habet: quæ fuit, auctore Xenophonte, Hederæ folio consimilis, vt sub ea equitum turmæ condantur] ea causa fructum integens, crescere prohibet. Rarusque est nec Fabæ [Cicertis Theophr.] magnitudinem excedens: sed per

Exilia poma. folia Solibus coctus, prædulci sapore, dignus miraculo arboris. Dixerat autem iam prius, arbores in India tantæ proceritatis gigni, vt sagittis superari nequeant. Hæc [addit] facit vbertas Soli, temperies cœli, aquarum abundantia [si libeat credere] vt sub vna ficu turmæ condantur equitum. Vt deinceps nemini ampliùs dispiciendum dubitandumque videatur, num arbor hæc Veteribus cognita fuerit, quorum iam tot descriptiones, & vix in pauculis dissentientes produximus.

Cur fructus paruos

Eiusdem meminit Athen. sed paucis duntaxat *Athen.* verbis ex Theophr. mutuatis.

Ceterum propofitarum descriptionum vnius eiusdemque arboris collatio, perspicuum reddit, qualis & quanta sit Ficus Indica. Vnum relictum nobis est è Theophr. dubium, qui arboris trunco *Dubium in Theophr.* LX. *Chytra* adscripsit, quæ gradus Gaza vertit, quæ vox & fellam, suggestum, pulpitem & subsellium denotat, vt annotat Scal. Sed & passus mensuram denotat apud Plutarch. in Demetr. Vulgata significatio gradus est, quem Boëtius gradum inter mensuras numerauit duobus pedibus & dimidiato definiens, quo videtur *Chytra* Euclidis interpretari. Georgius nullum scriptorem inuenit qui gradus vel *Chytra* mensuræ vsus sit, & ea loca quæ obici posse videt, aliter exponit, qui tamen Goropio minimè probatur hac parte. Si de Plinio Theophrastus intelligi posset, *Chytra* non gradus sed pedes essent vertendi.

Pulchra de gradu. Est & alia difficultas, nam Theophr. folia, & qui horum meminerunt amplissima dicunt, atque adè pelta seu clypeo non minora esse. Clusius verò ex supra dicta Fabricii relatione, Mali Cidonie vel Cotonei foliis similia dicit, peltæ verò similitudinis potius quam amplitudinis gratiâ conferri.

Difficultas alia de foliis. Linschottanus qui ex postremis Ficum Indicam describere videtur nomine Arboris radicem, foliorum ne verbulo quidem meminit, videturque descriptionis suæ membra quadam, aut qui eius obseruata Latio reddidit, ex Plinio sublegisse: sic enim habet. India arborem fert multiplici radice, mirabili aspectu. Crescit enim è terra vt ceteræ arbores, ac spargendo ramos radices iis adiicit, quibus denuò sua sponte terræ infixis, ingentem serie numerosa sobolem trahit, cum ramus vnus arbori recenti, sæcundo euentu, Labyrinthoque similis, vagis vsque itineribus sufficiat. Ita triginta aliquando passus vna arbor implet, in summam crassitiem productis ramis, vt mater eademque genitrix omnium arbor vix agnoscat, ex omni parte copia radicum funium more primo aspectu dependente. Fructum vsibus humanis aptum non fert. Nam is qui Oliuarum formâ excrescit, volucres tantum delectat. *Hæc ille.*

Linschottanus. An verò vnicum Clusium vel eius recitatore Fabricium tam spectatè antiquitatè, Theophr. inquam, Straboni & Plinio, opponere debeamus, sola vnius testis relatio id haud ita temerè persuadebit. Goropius verò tantum abest, vt credat, folia eius exigua esse, vt planè sit in ea opinione, Ficum Indicam eam esse arborem, cuius fructum vetitum primi parentes comederunt, & sub qua se absconderunt, cuiusque ingentibus foliis (sic ille ait) perizomata sibi consuerunt, atque fecerunt. Vides (inquit) quàm omnia inter se consentiant? Nomen ipsum Ficus cum Mose consentit. Impia est illorum cogitatio, qui arborem hanc symbolicis duntaxat intelligunt, in quorum numero præcipuus Philo Iudæus Cosmopœa. Lege quæ de ea re scripsit Corn. Agrippa, & opinionis nouitatem prauitatemque miraberis, fortè & ridebis.

Arbor Seti. ta in Paradiiso. Idem Gorop. in Vertumno. Primi nostri, inquit, parentes, cum serpentis fraude seducti vetitum pomum comedissent: nomen ei dederunt, quo eius abominatio indicaretur. *Fyg* enim dicitur per Apocopen *Fygby*, (Cimbris) id est, tu abominande. Hinc Latini Ficum ferè, & Græci corruptè *σῦκοι* nominarunt. Hi Goropii conceptus sunt & opiniones, quæ si vera esset Clusii de foliorum magnitudine sententia, per se ipsa facile in nihilum abirent.

Dicta

Synonyma
Linguarū.

Dicta itaque est hæc arbor *Συκή* Indica Græcis & Theophrast. cuius nomen vulgare sibi excidisse ferio dolet Fabricius, quoniam verò ab eo visam & descriptam cum veterum Fico Indica perbellè consentire videret Clusius, eò audaciùs illi Ficus Indica nomen indidit, præsertim cum illam ipsam esse certò sibi persuadeat, id quod & nos facimus.

Ficus Indi-
ca.

Garciam autem illius nullam mentionem face- re, inter tot exoticas arbores in locis Goanæ insula vicinis nascentes, quarum descriptiones in Aromatum historia asperit, non sine ratione pro- fectò miratur Clusius: fateturque suam iconem ex Fabricii narratione, quàm concinnè ex ipsius etiam iudicio fieri potuit, adumbrari curasse in stu- dio sorū rei herbariæ gratiam. Extat & alia in dia- rio nautico itineris Batavi in Ind. Orient. in tabel- la *LANANARUM*, quæ ad ipsam arborem facta, si au- toribus credendum, ex qua & nostra desumpta. Annotata sunt hæc *Arbor admiranda*: Ficum Indi- cam vocant: *Arbore de Rais*: *Arbor radicum India*. *Wortelboom*. Belg. Germ. *Indianisch feigen- baum* / vti Gesn. & Taber. appellant.

Arbor ra-
dicum.

Locus.

Nascitur, vti dictum, in India, circa Acesnem amnem Theoph. Plinius circa Acesnè amnè maxi- mè nasci tradit, hac loquendi ratione vtiq; in si- nuans & alibi provenire. Nam Strabo & in Mu- ficana terra Indiæ australissima crescere scribit, vt dictum. Clus. in insula Goa locisque vicinis, idque ex relatione Fabricii.

Vires

De viribus nihil aliud hæctenus traditum, quàm folia earum Elephantis expeti: fructus non edu- leis esse, maturiores tamen aibus cibo esse.

Mangle
Ouedi

Cæterum quamuis *Mangle* Ouedi non exiguâ cognationem habere videatur cum Fico Indica, quòd multi eius rami deorsum quoque vergere videantur, & postea radices figere, aliosque rur- sus ramos sursum vergentes producere: verum quia arbor siliquata est, magnas & speciosas pro- ferens siliquas, nostri memores ordinis instituti, commodius de ea trademus post Cassiam soluti- uam, in libro siliquosarum, quamuis Hist. Lugd. eodemmet capite huius & Ficus Indica historiâ coniunxerat quemadmodum Clusius: Ferdinan- di Lopez Mangiu nos relegauimus ad capit. de *Mangle* quod est in lib. 10. nostr. histor.

ENSENDA FICVS INDICAE MODO
NASCENS.

CAP. LXX.

Descriptio

IN regno Congi mirabilis arbor crescit *Ensenda* dicta perpetuò virens, virtutibus mirandis in- clita: ramos proceris incrementis extendit, ij fila quædam tenuia demittunt, quæ terræ contactu radices item generant, in aliarum arborum per- petuam seriem sobole minùs quàm multiplici. Priori huius arboris cortici linteaminis quædam subest species quæ mundati plebæ in vestimen- torum vsus seruit. De hac eadem scribit Clus. Nec etiam ab similibus [Ficui Indicæ] ea videtur ar- bor, cuius, ex relatione Odoardi Lopez Lusitani, Philippus Pigafetta c. 4. lib. 1. Descriptionis regni Congo, meminit his verbis. In Loanda in- sula, ad ostia fluminis Coanza, Regni Congo partem perluentis sita, na- scitur arbor, *Exxanda* ab incolis nuncupata, celsa & sem- per virens &c.

Linteami-
nis species.

Tom. I.

PAPAIÆ PERUVIANIS.

CAP. LXXI.

ANnotat Benzo hist. suæ lib. 3. cap. 18. Apud Peruuensium Mantam, peculiare quoddam fructuum genus (indigenæ *Papaiæ* vocant) ficuum specie modicorum, magnorumque, quale nusquã in India, præterquam in eo regno vidi. Arbor, quæ illud Pomorum gignit, procera & gracilis, fructus sapore dulci est.

Descriptio

FICO SIMILIS ARBOR
VENENATA.

CAP. LXXII.

ARtemidoro, vt prodidit Strabo, fides est ad- hibenda, Arborem in Gallia Transalpina nasci, Fico simillimam, fructum autem Corno simile gignere, vnde pharetræ fabricantur. Eam si inci- das, lathalem succum effundere, ad inungendas sagittas vtilem. Meminit sanè & Theophrastus ar- boris cuiusdam, cuius fructus sit similis cornis *ἔστι δὲ* [inquit] *ἡ πέτρα ἡνδ' ἐστὶ ἡ ὀκράτος ἡμοιοῦ τοῖς κοράντοις*. Sed nomen non addit, & inter Indicas recenset. At quotusquisque ex tam paucis statu- at aut colligat, quam is intelligat? De ista verò Corni fructu arbore, capite de Corno l. sequenti.

Descriptio

Vires

Cornis si-
milis fructu
Arbor.

Hermol. & Ruell. qui eundem Strabonem de hac arbore tradentē citant, fructum eius scribunt capitulum Corinthiæ Columnæ referre: cuius lacte mortifero sagittas suas illinant.

ARBORES INDICÆ THEO-
PHRAST. TRES.

CAP. XLV.

POSTquam Theophrast. arborem Indicam de- scripsisset, subdit aliarum trium Indiæ arborum descriptiones, his verbis: Est & alia arbor, & magnitudine insignis, & suauitate fructus ampli- tudinè que mirum in modum præcellens. Eo ve- lantur Sapientes Indorum. [*ἡ χερώνται ἡσοφίη ἡδ' ἡ δ' ὠνεί σοφίη ἡ ἀπεχόμενοι*, habent vulg. exemplaria: Gaza legisse videtur: *οἱ μὴ ἀπεχόμενοι*: & vertit: hoc Sapientes Indorum, qui nudi degunt cibo v- tuntur. Non possunt vesci & abstinere, vt rectè Scal. annotat. Tantò plausibilior lectio Ga- zæ. Videbis Herodotum in Thasia.]

Theophr.
corr. Et sic
Instr.

Pergit Theophrast. Alia item, cui folium fi- gurâ prelongum, simile pennis Struthiorum, (*σπε- θίων*: quamuis vulg. habeant *σπεθίων*), quæ galeis im- ponuntur, longitudine duorum cubitorum.

Alia rursus fructu longo, non recto, sed con- torto aut flexuoso, (*σκολιόν*) in cibo suavi. Hic in ventre morsum excitat atque Dysenteriam: ideo Alexander, ne quis manderet, edicto cavit. Nomina verò his arborib. nulla tribuit Theoph. Immo paulò post Indiæ arbores *ἀνάγνα* dicit.

Plinius tamen nomina habet primæ: nam post- quam & ipse de Fico Indica tradidisset, ita subdit: Maior alia, pomo & suauitate præcellentior, quo Sapientes Indorū viuunt. Folium alas auis imita- tur, (videtur Plinius primâ & secundam Theoph. confundere.) longitudine trium cubitorum, lati- tudine duam. Fructum cortice emittit, admirabi-

Plin. nat.

Pala arbor Ariana fructus.

lem succi dulcedine, vt vno quaternos satiet. Arbori nomen *Pala*, pomo *Ariana*. Plurima est in Sydracis, expeditionum Alexandri termino. Est & alia similis huic, dulcior pomo, sed interaneorum valetudini infesta. Edixerat Alexander, ne quis agminis sui id pomum attingeret. Vbi vides Plinium sapientum quidem, sed non Nudorum, quod Gaza fecit, meminisse.

Tala.

Pala, inquit Curtius, siue vt alii volunt, *Tala*, licet Theophrastus nominis non meminerit, Arbor Indiae est, Fico Indiae maior, pomi suauitate praecellentior. Indos *Pala* foliis vesci Arrianus refert, in quorum fastigio quoddam pingue, Palmarum instar, gignant.

Quorum diem error.

Dalech. arborem *Palam* Plinii ait esse, qui Tamarindos nostros putent. Qui vero ij sint, qui istud putent, nondum occurrit: neque sanè videmus quomodo conuenire possit. Dicit Plin. dulci pomo: Theophr. cibo dulci: [*ἰσίδου & ὀλυδός.*] quod neququam videtur conuenire cum Tamarindis, qui ob summam aciditatem commodè edi nequeunt. Quidam Musam esse putant. Ouiedus Platanos vocat. Theuetus arborem vocari ait *Pagouere*: fructum *Pacona*. Vtrumque nomen ad *Palam* quodammodo accedit. Alium huic similem & vsus frequentissimi Theuetus scribit vocari *Hoyriri*. Ouiedus *Iaiama*. Sed de Hoyriri inter carduos, de *Musa* qua propius ad praedictas arbores accedere videtur, nunc trademus.

Paconere. Pucosus.

M V S A.

C A P. LXXIV.

Descriptio folij sicci.

EX folij Musae fragmento, quod adseruamus, apparet esse amplissimum: nam & latitudo cubitum facile aequat, cuius medium costâ crassiusculâ striatâ fungosâ fulcitur, à qua vtrinque exporrigitur folij tenuis lauisque inoffensum aquor, fibris teneris transuersis contextum: colore tauo altera facie, altera ferè fulco, quod fibrarum ductus secutus, facilè diuidas.

Descriptio Ouiedus arboris.

Musam Ouiedus in hist. Indica sic describit. Inuenitur, inquit, hic fructus Platani nomine. tamen neque arbor dici possit, neque vera sit Platanus: sed planta quaedam huic Indiae haudquaquam peculiaris, & aliunde translata sub Platani nomine. Interdum autem

Platanus Indica.

Musa arbor.



Arboris crassitudo.

hac improprè dicta Platanus in arboris celsitudine excrescit, & ad hominis crassitiè intumescit: aliàs verò coxæ humanae crassitiè conspicitur, pro soli natura & vbertate augescens. Ab infimo ad summum folia fert amplissima, interdum duodecim palmos longa, ternos aut quaternos lata, plerumque minora. Hac ventorum flatibus facilè multifariâ

Musa cum fructu.



difsecantur, & ex costa illa per folij longitudinem excurrente pendere spectantur eū in modum difsecta. Tota planta veluti germen est, aut sarculus, è cuius summo enascitur pediculus aut malleolus brachiali crassitudine, qui vna producit, vicinos, tricenos, interdum centenos & plures fructus palmari longitudine, brachialiq; crassitudine, sustinentem, nonnunquam minores, quandoque etiam ampliores,

Cortex.

pro plantæ ipsius & foli fertilitate. Cortex huic satis crassus, sed qui facilè eximatur, continens pulpam siue carnem bubulæ medullæ persimilem. Caudex qui vnam profert, annuus est, & semel duntaxat in vita fructus gignit: verum ad radices consurgunt quinque, sex, aut plures sarculi, qui parentem renouant, & subsequente anno fructum perficiunt. Adeò verò fecunda est hæc planta, vt nunquam intercidat, sed subinde nouas proles gignat, vt fructus toto anno vberimè legere liceat.

Sarculi Sel Polones.

Arbor, quæ poma fert Paradisi inquit Cardan.] breuissima est vita: anno enim secundo truncus arescit, fructus fert in botris, vt sunt acini vna, sed mali magnitudine, ac in botro vno quandoq; centenos, vnde cistæ magnitudinem refert botrus: croceo verò velatur amictu, quo detracto fructus prædulcis, ac suauis subest. Folium tam longum fert, vt hominem stantem æquet: latum non parum.

Poma paradisi Cardani.

Theuetus in Cosmographia arborem Mauze in Egypto vocatam describit non maiorem fici mediocri, cuius folia quinque aut sex pedes longa sunt, duos lata: fructus in caule coaceruatus, non secus ac dactyli in Palma, crassus & longus, mediocris cucumeris instar, delicatissimus atque suauissimus, quem domi suspendunt, vt nos vvas pensiles; eoque sæpè solo tanquam optimo vtuntur alimento. Arbor tenella est & fragilis, adeò vt nisi maxima truncum haberet coxæ hominis crassitudine patem, minima tibiæ in cremiorum, non in arborum numero, recensenda foret. Truncus, authore Garcia, ex squamoso foliorum cortice constat: nullis constat ramis, sed è germine flores quosdam coniunctim profert, subrufos, qui estigie, & palmi longitudine: circum eminent pediculi, centum, interdum ducentos aut plures fici sustinentes.

Theuetus Mauze.

Flores.

Describit & Acosta in hunc modum, Musam seu Ficum Indicam vocans: decem & octo aut viginti (inquit) palmorum magnitudine attollitur hæc pulchra & elegans arbor, cuius truncus ex multorum corticum sibi mutuo incumbentium coniunctione constat, & humani cruris crassitiem adipiscitur, radice rotunda & crassa, Elephantorum grato pabulo: foliis nouem palmorum longitudine, duorum cum semisse latitudine

Musa Acosta. Ficus Indica.

Radix.

dine, neruo satis crasso per longitudinem excurrente, & transuersis fibris in latera sparsis, parte superiore saturis, inferiore dilutionibus. Ex huius arboris fastigio nascitur veluti thyrsus quidam florum simul congestorum in modum Pinei strobili, coloris rufi: deinde vnicum ramum fert humani brachii crassitie in multos nodos diuisum, e quorum singulis decem aut quatuordecim dependent ficus, ita vt nonnunquam ramus centenis aut ducentenis sicibus onustus conspiciatur. Hos in diuersas species distinguunt Lusitani. Illi enim primò *Cenorios* appellant qui admodum flauent, laues, longiusculi, gratique saporis sunt, & odoratiores: 2. *Chincapanes* verò, qui virescunt nonnihil, longioreque sunt, sique etiam grati saporis. 3. Laudantur præterea qui in Cosala nascuntur, *Ethiopibus Inninga* dicti. Legitimum nomen apud Arabes & Perlas (vt è præstante Medico Persa in Ormuz nato intellexisse se testatur idem Costa) est *Mons*, non autem *Musa* aut *Amusa*: arboris verò *Daracht Mons*. Rhasis *Musam* vocat: Serap. *Maum*, id est, *Musam*. Sic & Auic. apud quem in margine *Mauzi* vel *Muzi* annotauit Bellunenensis. Verùm neuter horum describit. Sed nostro iudicio, recentiorumque consensu, hanc ipsam intelligunt, de qua hic agimus.

Ex prædictis, si Clus. iudicio aliquid tribuimus, nemo accuratius hanc stirpem descripsit, quam Ouedus sub Platani nomine. A costa peculiarem habet iconem, quæ variat à Matthioli (quam & nos proponimus, cui nostrum folium egregie respondet) & Linichottani iconem, & à Paquouero figura Theueti.

Hist. Lugdun. tres icones proponit: primam, eamque geminam, ex Matth. nomine *Musa* arboris & fructus: secundam, titulo *Muse Pacouera* Theueti: tertiam pro *Musa* seu Fico Indica Acosta, qui ait *Musa* fructus meminisse Ruell. ex auctoritate Theoph. & Strabonis.

Nondum tamen pro certo asserere ausimus, an Veteres Græci *Muse* meminere: consideranda quæ Theoph. lib. 2. hist. plant. c. 9. tradit inter Palmas, his verbis: Est & aliud Palmæ genus in Cypro, quod & folium latius habet seu amplius, & fructum multò maiorem, peculiarique formæ, magnitudine Mali Punici, figura oblongum, succo minùs grato [*εὐχρηστόν*] quàm in cæteris, sed radicibus similem [*ῥίζῃσι ὅμοια*]: Dil. vult legendam *ῥίζῃσι ὁμοια*, id est, Punico simili. Sed ferri potest antiqua lectio, si modò de hac arbore, de qua hic agimus, intelligendus sit Theophrast. Nam & antè dictum eius radicem rotundam esse & crassam. Itaque non deuoratur, sed communius expuitur. Consideret etiam lector que paulò antè scripsimus ex Theophrast. de *Arboribus Indicis*, & ex Plin. de *Pala*. Quæ verò ex modò citato Theophrast. loco verba transcripsit Plinius, ea capite de *Palma* [quod & ipse fecit] retulimus.

Matthiol. in Dioscor. Sunt, inquit, qui palmarum generi adscribant plantam in Aegypto Cyproque nascentem, quam Veneti inde redeuntes *Musam* appellant, & *Musas* similiter fructus. Inclinat animus eam esse quæ Theophrasto in Palmarum genere recensetur folio cæteris ampliore &c: vt iam modò citatum. Idem tradit ex quorundam relatione folia arūdine esse, torrescere æstate sui natura, vel etiam fortasse Solis ardore, aded vt mense Septembri eorum costæ prorsus nudæ cernantur, decedente foliorum materia, quòd admodum fit tenuis. Caudex [addit idem] squamoso foliorum cortice vestitur, Palmæ aut Arundinis serè

Tom. I.

modo. Ramos habet nullos, sed caudice tantum constat. E vertice germen emergit materie molli, longitudine serè cubitali, à quo alia ab origine ad summum prodeunt germina ternim, quaternumue digitorum inuicem distantia: è quibus circum eminent fructus parui, cucumeris magnitudine, qui per maturitatem quadantenus flavescent, cortice Fici, qui eodem modo digitis detrahitur. Substantia pulpæ consistit Melopeponum modo, nullo intus osse neque semine: sapore cum quadam insipiditate dulci. Primùm gustatibus fructus insipiditatem quandam præ se ferre videntur, aded vt primo statim gustu non placeat: verùm qui esui assuescunt, ij indies magis delectantur: quippe qui quadam occultâ saporis suauitate allecti, quæ nisi tractu temporis cum palato inuit gratiam, nunquam saturi videantur.

Ita sibi Musam descripsisse tradit Matthiol. qui ex Aegypto & Cypro ad nos reuertuntur. Sed quænam antiquis Musa fuerit planta quid referat non habere: sibi tamen videri eam esse Theoph. Plantam, quam paulò ante diximus, adductis eiusdem verbis.

Matthiolo more suo contradicens Guilandinus in suo Theone: Musam, inquit, tertio à Theophrasto inter Cyprias Palmas loco describi, malè coniicit, quòd fructus huius sapidus non sit, sed, radicibus similis, vt non deuoretur, sed succo tantum expresso, expuatur. *Muse* verà, vel ipsomet [Matthiol.] teste, longè omnium suauissimus est sapidissimisque.

Idem Guiland. plantæ huius tribus tantum in locis vniuersis Bibliis, sub nomine *Budaim*, mentionem haberi animaduertit: & ab Aeschilo, antiquissimo Tragico, *Phyximilon* dici: à cæteris serè Græcis iuxta atque Latinis *Margaritam*: à Mauritanis *Muz* & *Gemez*. Qui Cyprum incolunt, *μαύρα τῆ παραδείσου* vocant, argumento à vulgari Asiaticorum opinione ducto, qui Musam esse contendunt eam plantam, quæ hominum omnium protoplasto, diuino olim mandato in cibus interdicta fuit: quod imitati nostrorum temporum scriptores, Pomum Paradisi nominant. Rhasis Ficum Pharaonis dici memorat, vt idem Guil. censet. Indi, qui in orientem protendantur, *Melapolandam* nuncupant: qui in occasum, *Platanum*. Denique in quiliini insulæ D. Thomæ, *Abellanam*.

Camer. annotat, Aegyptiis, apud quos copiosè inuenitur, hodiè *Maus* vocari. Antonii *Muse* coniectura est, Elatem Plinii esse fructum illum dulcissimum, quem vocant Musam, vel vt Mauritaniani loquuntur Muzam, hoc est, mitem, qui habet Prunorum crassorum similitudinem.

Curtius annotat Syriæ accolis [apud quos gignuntur] Poma Paradisiaca vocitari, satis admirandaque esse.

Non abs re fuerit & Bonzonem Indicarum rerum historiographum non contemnendum, de hac arbore sub Platani nomine tradita referre. Platani, ait, longiores quàm crassiores sunt: minores multum maioribus præstant. Arbor ipsa folia selquipalmi latitudine, quatuor palmorum longitudine porrigit, inter quæ ramus enascitur, qui centum ac plures Platanos minores fundit: sin verò maiores, viginti quinque aut paulò amplius. Tenera est hæc arbor, nec nisi semel fructum fert, qui annuo spatio perficitur, & ex ipsis radicibus alii stolones fruticant. Vbi maturuit fructus, le-

Differentia.
Cenorios.
Chincapanes.

Inninga.

Mons.
Amusa.
Daracht
Mons.
Maum.
Mauzi.

An Palma
Cyprica
speciosa
Theoph.

Theoph. illust.

An Palma
Plin.

Palma forte
genus
Matthiol.
Musa.

Folia qualia.

Germen.

Fructus
specialior
descriptio.

Guiland.

Matthiol.
not.
Palma
Cyprica
Theophrast.
non
est.

Budaim
Bibl.
Phyximilon.
Margarita.
Muz.
Gemez.
Mala
Paradisii.

Pomum
Paradisii
Ficus
Pharaonis.
Melapolanda.
Platanus.
Abellana.
Elate.

Muzæ.

Poma
Paradisiiaca.

Fructus
maturatio
artificiosa.

ne : quod superest, pulpa est, sapore in dulcedinem vergens.

De eadem peculiaria quædam Rauuolffius & ipse illarum regionum oculatus scriptor refert, his verbis : Intra Tripolim inter alias, arbores peregrinæ, Musa dictæ, crescunt, trunco vnius & semis, aut duorum virorum altitudine, extrinsecus glabro, nisi quoddam multiplici foliorum incubitu, arundinum ferè in morem, inuestitus sit. Pulchrè virent. In caudicis cacumine latè expansa folia veluti pennaceum sertum aut cristam præmagnam referunt. Eius enim longitudinis sunt atque latitudinis, vt hominem in longum procumbentem in plenum comprehendant. Fructus Citrulli formam referunt, nisi quoddam pauld sint maiores, extrinsecus læues, cortice crasso tecti, primò flauescente, mox paucis diebus post repositi nigricante, qui facilè, vt in recentibus Ficibus, detrahatur. Interior substantia candida, referta, absque granis aut semine dulcis & sapida : sed facilè & citò satietatem inducunt, mórque & nauleam pariunt magnam, & vehementes cruciatus colicos : ob id ab Alexandro exercitui suo ab eorum esu interdictum. *Hæc Rauuolff.* Ex quibus patet eam hanc, quam hoc loco describit, eandem putare cum ea quam præcedenti capite arboris Indicæ nomine ex Theophrasto tertio loco posuimus, eiusque verba adduximus : Nobis verò Musa de qua hîc agimus, potiùs conuenire videtur cum secunda, cuius folium prælongum dicit, simile pennis Struthiorum, vt dictum. De Musæ enim fructu, nemo, præter Rauuolffium, ait vllam prædictarum nozarum parere, vt ab eius esu sit vel fuerit interdendum.

Fructum a-
lia descri-
ptio.

Nota.

Rauuolff.
not.

Dodon.
Mosc.

Lob. & Pen.
Arbor A-
damo pro-
hibita.
Folia Can-
na.

Palæ. Pa-
gonere. Pa-
gonæ.

Musa vul-
gò. Casalp.
Palma spe-
cies.

Discrimen
inter Algæ
latifoliam.
Aculei.

Musa A-
rabum
Clusio.

Palæ.

Figura
Banana.

Dodon. scribit Musam nunc in Syria Mose vocari, additque Græcis & incolis Christianis ac Iudæis arborem censeri, de qua à Deo sibi prohibita comedit Adam.

Lob. & Pena in Aduers. testantur folia Musæ portentosa magnitudinis se habuisse: eiusque effigiem, fructum, floresque affabrè delineata esse apud Matth. Idem in Obseru. tradunt foliis esse Cannæ Indiæ maioribus, quibus Gummi Elemi inuoluitur sesquipedalibus, duos pedes longis, infernè compressis. Iam supra annotatum: *Palam* quosdam Musam existimare, quam Theuetus *Pa-gouere* vocari dixit: fructum *Pacona*: *Ouied. Platanos*: quæ omnia nomina ad *Palam* vtcunque accedunt.

Musa vulgò dicta, vt scribit Casalp. inter Palmas videtur recenseri posse: oritur in Aegypto & Cypro, cuius folia in Italia visuntur sacchari panes conuestientia: distinguuntur ab Algæ latifolia, qua similiter saccharum condunt in Occidente, quoddam Algæ folia nulla media costa donentur. Musæ autem folia costam perpetuam & crassam habent, per medium folium discurrentem, aliquando aculeis quibusdam à tergo armatam.

Clusius aliquot annis in ea se fuisse opinione tradit, vt existimaret *Musam Arabum* eam esse plantam cuius Plinius meminit his verbis: Maior alia pomo, & suauitate præcellentior, quo Sapientes Indorum viuunt &c. Nam ferè omnia pulcherrimè ad Musæ descriptionem quadrant. Huc accedit, quod in Prouincia Malauar, quæ supra Indum flumen est, intra Gangem, *Palam* nomen adhuc retinet, à quo Latini suum *Palæ* mutuati videntur. Vlyssipone, vbi aliquot plantas vidi [addit idem] minimè tamen fructiferas, nomen hoc retinet, vocant enim etiamnum *Figuera Banana*, id est, sicum *Bananas* ferentem.

Meminit huius fructus Lud. Rem. lib. nauig. ac tria eius genera [Malapolanda, Cianchapalon, & Cadelapalon] constituit, de quibus pauld antè.

Meminit item F. Brocardus qui Terram sanctam descripsit, sub nomine pomorum Paradisi, quem per omnia secutus est Cardan. lib. de subtilit. & Theuet. lib. singularium America.

Lerius verò in hist. sua fructum *Paca*, & arborem *Paco aire* nominat.

Quid si *Palma* genus illud sit, ait Clus. quod Theophr. in Cypro nasci prodidit. An verò eadem arbor, quam idem folium prælongum habere ait, simile pennis Struthiorum?

Ridiculum autem, inquit Garcias, est quod scripsit quidam Franciscanus. Appellatur, inquit, hic laudabilis fructus Musa, quoddam dignus sit Musis, aut quoddam earum sit cibus. Addit præterea eum esse fructum quem degustauerit Adam in Paradiso terrestri.

Alpino autore, Mauz seu Muza dicta Aegyptiis. Vocatur nunc Ficus Martabanis. In Malauar *Chincapalones*: Meliores *Cenorins*. Aethiopicibus *Iminga*: sed hæc differentia eius sunt, quas mox in viribus specialius designabimus.

Esti ex prædictis satis pateat de locis, vbi nascuntur, tamen & hæc specialius addenda, propter nomina. Nascitur in Canara, Decan, Guzarate, & Bengala: vocaturque illis *Quelli*. Nascitur etiam in Malauar, vbi *Palan*: & in Malayo, vbi *Pican* dicitur. Provenit etiam plerisque aliis locis, & in ea Africa parte quam Guineam appellant, vbi *Bananas* nuncupatur, teste Garcia. Pauci crescunt Tripoli, sed ex vicinis locis satis copiosè inuehuntur, vt scribit Rauuolffius. Itaque ex Orientali in Occiduas Indicas insulas, adeoque in Portugalliam translata Musa iamdiu multis innotuit. Eandem vidimus Pataui in ædibus Priuli sed emortuam ob præcedentis hyemis sæuitiam.

Hæc planta non nisi semel seritur. Nam semel sata, ex trunci pede multos stolonos emittit, qui in arbusculas euadunt. His itaque stolonibus propagatur. In America semel aut summum bis fructus fert. In Aethiopia & Arabia vicinisque insulis etiam trisera est. Ex Garcia & Theuero.

Integrâ vâ ante maturitatem colligendam præcipit Ouiedus, cum videlicet aliquis fructus flauescere incipit, deinde in ædibus suspendendam, illic enim plenam maturitatem consequitur. Formicæ huic plantæ admodum infestæ sunt, ideoque plurimæ initio perierunt, antequam aduersus eas inuenta essent remedia.

Musa, vt scribit Rhases, calida est, stomacho noxia, fastidium & nauseam inducens, & promptè in bilem flauam convertitur: sed aluum subducit, & gutturis asperationes lenit. At Serapio ex aliorum autoritate Musam in medio primi calfacientium, & in fine humedantium ordinis ponit, parum nutrire, & vtilem esse aduersus pectoris, pulmonis & vesicæ ardore: lenire aluum, sed grauitatem stomacho parere iis, qui eius fructu multum vtantur, hepatisque obstructions parere. Ideò si complexio sit frigida, eius qui fruitur, superbibendum meliceratum, aut oximel, aut Zingiber conditum. Augere tamen sætum in vtero, renibus conferre, vrinæ ciere, & ad Venere incitare. At ex Auic. sententia, paucum præbet alimentum, bilem generat & pituitam: prodest tamen aduersus pectoris & pulmonum incendia, stomachum verò offendit. Ideoque biliosis ab eius esu, oxymel cum seminibus propi-

Poma Pa-
radisi.

Paco.

Palma.

Musa ety-
mon vici-
culum.

Adami po-
mum.

Mauz.

Muz.

Ficus.

Locus.

Quelli.

Palan.

Pican.

Bananas.

Collectio.

vires & v-

sus.

Temperâ.

Purgat.

Guttur.

Ardores

pectoris &

Vesicæ.

Stomachus.

Vtendi

modos.

Fætus.

Renes.

Venus.

Parum nu-

trit.

nan-

nandam: pituitosis mel. Idem & renibus opitulari tradit: vrinæque prouocare.

Garcia teste commendantur ii fructus, qui in Martaban proueniunt: primùm enim è Bengala è delati sunt, deinde sai vt grandiores euaderent. Sed quos *Cenorins* appellant, læues, flauis, & pleni, odorati, & palato gratiores. *Chincapalones* Malauaris dicti suaues quoque sunt & palato grati, pleni, colore virentes. Laudantur etiam in Sophala nati, quos *Æthiopibus* *Iminga* vocari diximus. Inuenitur etiam in Baçaim aliisque prouinciis, genus quoddam amplum, plenum, palni longitudine. Id assatum & vino deinde maceratum in sperfo Cinnamomo, multò meliùs sapit, quàm malum Cidonium assatum. Idem fructus per medium sectus, & in sartagine cum saccharo probè frictus, in sperfo cinnamomo, gratissimus est cibus. Idem in duas partes per longitudinem apertus, & vtrinque incisus, deinde insolatus, gratissimus est saporis, & caricas succi bonitate superat. Tegula item impositus & in clibano coctus, cor reficit, & suauissimus est. Sunt qui cum carnibus elixent, cortice exempto ollæ imponentes cum carnes ferè coctæ sunt, diutinam enim coctionem non fert: neque matutus nimium, neque omninò acerbus deligendus est. Sunt qui ciudum edunt, at maturum, sine pane aliòue aliquo condimento, gratissimum enim est saporis, nec minùs salubris & facilis concoctionis, vt testatur *Quiedus*. Plantam ipsam collecto fructu, spontè exiccare sinunt, tanquam in posterum inutilem: aut amputant, in domesticorum Elephantorum pabulum. Nonnulli interiora tenerioraque, antequam explicentur folia, stromq; thyrsum *Papere*: *Zingibere* recenti, alio, sale, & aceto condiunt, & Capparium modo edunt. Folia verò quoniam amplissima, mollia, frigidaque sunt, substernere ad accumbendum in æstu solent: & ambustis non nunquam imponunt, autore *Costa*.

Alpinus refert huius fructus substantiam mollem esse, pinguem, lentam, dulcem, atque apprime suauem, eam comedere assuetis, sed stomachum grauari, difficulter concoqui, multum nutrire, succum generare crassum ac lætum, quo viscera obstruuntur, præsertim hepar. Opitulari tamen tussientibus, & suspitiosis ex calore factis: eius decocto vtiliter vti incolas ad tussim ex calidiorum humorum destillatione genitam, atque ad pleuræ & pulmonum inflammationem, ad inflammatos renes, & ad vrinæ difficultatem. Aiunt etiam iidem fructum commenducatum, vel decoctum assumptum Veneream incendere. Fructuum cortices exiccatos multam vim habere ad roboranda omnia viscera iidem affirmant, eodem Alpino referente, cordique opem ferre ex ipsis paratum decoctum in aqua *Calaf*. Vt usque huius decocti ad febres pestilentes apud eosdem dicitur valde vtilis. Puluerem quoque ipsorum corticum in cordis passionibus cum aqua *Calaf* dissolutam hauriunt.

ARBOR POMIFERA.
AN MVSA?
CAP. LXXV.

Descriptio IN Aegypto abundant, inquit *Gabriel Giraudet* in *Iun*. Hierosolym. boni fructus. Sunt ibi arbores pomiferae, magnæ altitudinis, foliis cubitum longis, & pedem latis, ferunt poma longa, similia cucumeribus. Pomum secatur per me-

dium, vel quocunque modo, reperitur in medio sectionis figura nucis, elui sunt optima: alibi non possunt ferre bonum fructum, intra verò 7. dies putrescunt. Sunt & alia pomifera arbores quæ ab vna parte morsuram habent vocanturq; Poma Adami, parua sunt & similia nostratibus & elui commoda.

FICVS INDICA LINSCHOTTANI.

CAP. LXXVI.



Facile concesserimus hanc Ficum Indicam Linschottano dictam, vel ad Musam antè dictam quoque referendam, vel certè eius aliquam speciem esse aut varietatem: quia tamen icon hæc, vti videre est, euariat, & ipse quoq; Linschottanus peculiaria quædam de hac tradit, placet ex eius obseruationibus historiam paucis contexere.

Ad figuram itaque ære exculptam hæc tradit. Ficus Indiæ præstantissima ad hominis magnitudinè crescit, foliis longis ad stuporem, & in varios vsus commodissimis. Fructus vuarum specie in magnitudinem Cucumeris multiplices caulibus adherent. Racemum duntaxat vnum quæque arbor fert, & detruncatur tum arbor, quæ continuo breui spatio excrefcit, & nouos fert fructus: communis Indorum cibus, & sunt præstantissimi ex Cononor. Racemus aliquando duorum virorum vires implet, vt & S. scriptura testatur. *Indiæ nische Dyghe*: Ficus India.

Idem in historiis nauig. specialitè de ea scribit, in hunc modum Ficus Indiæ multiplex est, modò crassiore, modò tenuiore forma, diuersis præstantiæ notis. Verùm eadem omnibus imago ac color idem, arboreque ipsa eodem modo viri staturam æquat. Folia habet vlnæ magnitudine tres dodrantes lata, iis Turcæ vtuntur chartæ bibulæ vice ad cucillos. Lignum arbor non habet, sed similitudine arundinis truncum. Quod senescente arbore exteriorem corticis partem tegit, in modum cribri ex pilo facti figuratur, aspectu tamen crassius al quantum: intorsum eadem folia cucullata ac clausa apparent, in mediū hominis altitudinem tum explicant sese ac per vices excrefcunt: ita vt vetera à recentioribus successione quadam expellantur, donec arbor iusto incremento steterit, fructumque maturum protulerit. Folia in medio crassiore quo diuiduntur, neruum habent. Inter folia ex arbore surgentia flos nascitur, magnitudine oui *Struthionis*, colore purpureo, ex eo longiore incremento ramus prodit, non ligni quidem materiâ, sed caulis brassicæ, Ficus coaceruatos abundè proferens. Primò quidem Fabarum formam habent, cum adhuc voluulis includuntur, magnitudine mediū palmi, pol-

Descriptio

Folia.
Fructus.

Portentosa
racemi
magnitudo.
Racemus
sacra scriptura.

Foliorum
vsus.

Corticis

Flos.



licetque tres aut quatuor latæ, Cucumeris crassitiam nanciscuntur. Ramus hic ferè semper C. ficus habet, plus minusve, quæ vt vix in nodum coguntur. Racemi inde quidam ita magni, vt duorum virorum baculo baiulantium onus impleant. Nondum planè maturi scinduntur, cum inter viriditatem & flauedinem etiamnum hæret, tum alibi à trabe suspensi, intra 4. aut 5. dies commodè maturefcunt. Arbor siue planta vnicum duntaxat racemum fert, quæ mox tota detruncatur, ac mensis spatio iustis denuò incrementis adolescit, & fructum toto anno ita perpetuum fert, tantq; abundantia, vt communiter Indis in cibi vsus seruiat, gustu sanè bono. Decorticantur autem, folliculis instar Fabarum existentibus, licet aliqui tenuiore sint tegmine: interius albescunt, ac morsu farinam & butyrum dulci mixtione representant, ideo panis ac lacticiui loco seruiunt, simplici victu, quo corpus hominis absq; alio cibo facillè posset sustentari, vt in India multi sunt, quibus toto vitæ tempore particularis cibus ex ficu est.

Plurimas ac communiores Lusitani *Figos d'orta* vocant, quasi hortenses diceret, suntque aliquantulum crassiores. Aliæ quas *Serominas* dicunt minores ac extrinsecus læniores, velut optimate notæ, suauis odore pollent, ac gustu percommodo. *Cadolina* ficus etiam in pretio sunt.

Cæterum maxima laus *Chincapolinis* est, regionis Malabar. Flauescunt illæ parùm, viriditate exteriore maximâ, largæ ac proceræ, odore suauis, ac aquæ rosacæ æmulo. Sunt & alia genera. Quæ in Canonor reperuntur palmi longitudine, ac crassitudine pro rata, ob magnam ibi copiam siccantur, ac demptis folliculis per Indiam, mercatura quodam genere distrahuntur. Quando maturefcunt, assantur plurimum, quod crude ob acrimoniam, quam in deglutendo adserunt, non perinde gratæ sint. Colore introrsum rubescunt. Cæterum assatæ decorticantur, ac in orbem scinduntur, adiecto vino cassiæque contusâ, præstantia cibi suauissimâ, etiam supra Cidonii mali assati excellentiam. Vt cæteræ oblongâ scissione finduntur, saccharoque iniecto tostæ, condimento probò, ab Indis summopere expetuntur. Ex ficibus quippe præcipua plebi sustentatio.

Ex omnibus Indiæ ac Orientis locis inueniuntur, vt & Molambicæ, Ormuntii, ad oram Abex, Malabar, Malaccæ, Bengalæ, &c. Gularatæ, Decanini, Canarini, Bengalenses eas *Quelli* nominant, Malabares *Palan*: Malacitani *Pysan*. Etiam in Arabiâ reperiuntur, quas *Musa* vocant: Hierosolymis, Damasci, Cayri item habentur, vt ab iis accepisse se testatur Linschottanus, qui istis in locis negotiantur: persuasum inde quibusdam, primum patrem Adamum ex hoc genere fructum cum peccato gustasse.

Verum cum in Testamento Veteris historia legimus, exploratores Terræ sanctæ racemum vuarum retulisse, cui gestando vix duo homines sufficerent, mihi, inquit idem, huius fructus recordatio sæpè incidit: num talis ille racemus extitisset, qui eodem more ab Indis ad domum Archiepiscopi Domini mei translatus, haud falsa illius historia imagine apparebat. *Hactenus Linschottanus.*

Annotat Paludanus Ficus Indicas apud Arabes, non *Musam* aut *Amusam*, sed *Moria* vocari, arborem verò *Daracht* iisdem. A Brasilianis *Pacona* & arborem *Paquouer*: in Guinea *Bananas*, in Malabar *Patan*, in Malacca *Pican*, in Canara, *Decan*, Gularatta & Bengala *Quelli*: quæ nomina plera-

que & *Musæ* tribui præcedenti capite dictum. Quin & idem Paludanus addit à Brocardo in Terræ sanctæ descriptione, Paradisi Malum ab Ouedo *Platanum* vocari, atque vires supra *Musæ* dicatas ex Arabibus etiam huic tribuit, quasi eadem hæc cum illa sit, aut certè aliqua eius species supra dicta.

Paradisi autem *Mala* idèd vocata putat, quod amæno & suauis sint gustu, odore item ac colore probentur, gustum quippe acidum dulcedinem habere adiunctam: odorem velut rosarum nares afficere: colorem flauum, pulchrè item viridem oculos pascere. Accedere ad prædictas rationes figuras Crucis, quæ obliqua fructus scissione apparent, de quibus Syriæ Christiani varia referunt, eandem peregrinis ostendentes.

Paradisi Malus. Platanus.

Cur paradisi Mala dicta? Sapor. Odor. Color.

Figura Crucis in fructu.

PACOVERA AMERICANA; MUSE, VT VIDETVR, SPECIES.



Arborem hanc, auctore Theueto, syluestres Americani *Paquouer* suo idiomate vocant, quæ nec in Europa, nec in Asia vel Africa proueniat, quæq; fortè non temerè præ aliis omnibus *mirabilissimâ* dicas. Caudicem emittit homine non altiore, crassitudine ea, quam ambæ hominis adulti manus ex æquo capiunt & amplectantur, substantia adèd tenera, vt cultri acies facillimè penetret. Folia latitudine bipedanea, homine sesquidodrante longiora aut amplius. Eiusdem speciei vidisse se, ait idem, in Aegypto & Damasco, Hierosolymâ redeantem, sed folia ad ista vix mediæ esse longitudinis. Magna quoque differentia est in fructu: nam huius arboris, de qua hîc loquimur, fructus maximus pedalis est, crassitudine cucumeris, ad quem etiam figurâ factis bene accedit. Hunc fructum incolæ suo idiomate *Pacona* vocant, qui probè maturus præcipue est suauitatis facilisque digestionis. Colligunt ante perfectam maturitatem, & in suis casis recondunt, vt nos fructus nostrates. Crescit in arbore in glomerem seu racemum congestus, triginta aut quadraginta simul proximè sibi inuicem iuncti ex surculis è stipite emerfis, vt in figura apposita videre est. Et quod in hac arbore mirabilius, semel tantum fructum fert, qui magnæ parti incolarum cedit in nutrimentum. *Hæc Theuetus.*

Folia.

Pacona.

Collectio.

Paco-are.

Lerius *Paco-are* tradit esse foliis Lapathi aquatici, longitudine sepedali, latitudine bipedali aut latiori, nec putat tantæ magnitudinis folia vsquam extare in Europa, Asia vel Africa: tenuia esse, ventisque agitata ita discindi in partes vt primo obtutu quis Struthiorum pennas existimet, Matthiol. addit idem, meminisse *Musæ*, quæ bene

Musæ sive milis.

Racemorum magnitudo.

Maturatio artificiosa fructus.

Sapor.

Cibus.

Ex ficu dicta ut quidam sibi tant.

Ficus hortensis. Seromina. Cadolina. Chincapolina.

Canonorina.

Condita.

Tosta.

Locus.

Synonyma.

Quelli. Palan. Pysan. Musa.

Fructus peccati.

Racemus Terræ sanctæ.

Moria. Daracht. Pacona. Paquouer. Bananas. Patan. Pican. Decan. Quelli.

bonè picta est, & aliquatenus similis *Paco-aire* Brasilianorum.

Musa Paconera.

Hist. Lugd. Musam Pacoueram Theueti vocat. Patet verò tam ex Theueti quàm Lerii verbis nõ eandem hanc esse cum Musa ex Matthiol. depicta. Quin & ipsa quoque icon non parum differt tam à Musa quàm à Linschottani Ficu Indica proximè precedentibus capitibus propositis. Peritis tamè diiudicæ dum relinquimus, an diuersarum plantarũ sint icones, vel vnius planta figuræ diuersæ.



fluit, quemadmodum ex *Cocco* arbore.

MALVS AVREA, FOLIIS

FRAGRANDBVS.

CAP. LXXVII.

Descriptio

Foliorum amplitudo, & quod Dodon. qui solus (quod quidem sciamus) exotica huius arboris historiam tradit, *Palam* Plinii [de qua paulò antè] huius quoque historiam hic poni postulabant. Ergo *Mali aurea* Dod. dicta, vt ille scribit, ad *Mali Punici* formam accedit, Pomum & ipsa hanc cognomento aureum: sed magna & procerahæc arbor est, longis ramis valdè patula: folia etiam prægrandia, tres subinde cubitos longa & duos lata, in quibus crassiores venæ secundũ longitudinẽ producta, veluti in *Cinara* foliis. fructus permagnus est, ad instar humani capiti, forma & colore *Mali Punici* similis: habet verò & intus recondita complurima succi plena grana: sed oblongiora & maiora, quàm *Punici mali*, & colore nõn rubentia, sed auri luteo splendentia, sapore subacidulo, ori grata. A quo huius descriptionem habuimus (inquit idem) sibi hanc *Panorui* in Sicilia visam reulit in horto excellentissimi cuiusdam Medici: haud dubium autem, quin peregrina sit, & ex India vel aliunde illuc olim aduecta. Nomen autem hic vel arboris vel fructus huius nullum sibi aliud cognatum affirmabat, quàm *Mali aurei*: atque hoc nomine fructum appellari. Potest autem hoc nomen accepisse, quòd grana auri luteum colorem referant. Plinius huius, vt idem Dod. putat, meminit lib. 2. cap. 6. vbi arborem hanc *Palam*: fructum verò *Ariam* dici refert. Plinii verba inueniet lector paulò ante capite de arboribus Indicis Theophrasti. Habet verò huius arboris descriptio à Dod. proposita quadam quæ cum Musa conueniunt, sed plura quæ discrepant, vt conferenti patebit. De facultatibus verò (addit. Dod.) nihil quoque aliud accepimus, quàm quòd ipsa auri colore succulenta grana valdè acutè febriçantibus admodum essent & grata & vtilia: vt pote quæ calorem magnum contèperarent, ac sitim vehementer sedarent.

Folior.

Grana lutea.

Sapor.

Locus

Mali aureum Pala

Fires. Febres. Sitis

ARBORES ALTISSIMÆ PALMITIS SIMILES.

CAP. LXXIX.

In insula parua *S. Mariae* altissimæ arbores crescunt absque ramis, arboribus similes, quas *Palmitas* vocant. Hæ fructum ferunt, qui externâ facie fructui *Ananas* quodammodo similis est, auro nitore conspicuum. Intus grana parua latent qualia *Mali Granati*, quâ parte dulcissimi sunt saporis: reliquâ duri atque inutiles. Linschottanus:

BENIOINO OBVOLVTVM FOLIVM MAXIMVM.

CAP. LXXX.



Descriptio
Benioino ali-
quando folium Lugduni detraximus, quo obuoluta erat maxima gleba: Illud quidem arboris ne sit an herba nihil certi habemus: apparet tamen ex eo fragmento, quod penes nos habemus, & hic depictum datus, maximum fuisse, adeoque & Musæ fortè folio maius. Est autem colore rufescente, costa

elata posteriorem folii partem secundum longitudinem percurrente, à qua nerui elati & ipsi, sepius oppositi, aliquando inæquali ortu, omnes obliqui prodeunt, inter quos spatium intercedens, vnciam vnum latum est, interdum tres, subinde palmare: a quæ neruis obliquis vltro citroque discurrunt uenulæ transversæ, semina aut paulò

PALMITES.

CAP. LXXVIII.

Descriptio

Palmitis nomine arborem depictam, & tabulis æneis Iconum parte 4. sculptam exhibent Bry fratres in historia Indiae Orientalis, de qua scribunt. Palmitis arbor est trunco crasso, è quo folia longissima nullo pediculo hærent. Iidem in itinere Holandico anni 1599. aiunt. In insula *Don Galopes*, vel *D. Mauriti* prope *Madagascar* inuenimus multas *Palmitis* arbores, ex quibus vinum

plus inter se distantes, aliquando breuioribus interuallis distata: quo nomine à Musa quoque foliis distat, quæ à costa quidem longitudinem percurrente, obliquis illis neruis carent, transuersisque, de quibus diximus, venulis distantur.

OPUNTIA VVLGO HERBARIORVM.

CAP. LXXXI.

Descriptio



Folia.

Succum.

Flores.

Fructus.

Prima folia.

Inter naturæ miracula hæc planta meritò accensenda, quibusdam ficus Indica appellata, ob quædam fructus similitudinem, licet planta non solum à Ficus, sed à cæteris quoque arboribus mirabili modo differat. Ipsa verò quoque in magnam euadit arborem, cui folia magna longitudine interdum plusquam pedali, latitudine sesquipalmari, ex

oblongo rotundata, pollicem crassa, infima etiam crassiora durioraque supremis, foris membranâ tecta, plurimis tuberculis asperata, è quibus spinula albæ acutæ facillè contrectanti adherentes, infixoque aculeo stationem natiuam deserentes, [Matth. etiam sine spinulis visa testatur] succo intus turgentia colore herbaceo, tactu viscido, saluoso, qui exsiccat, granuloso arenæ tenuissimæ instar attritu digitorum dissoluitur: per quem discurrunt neruorum plurimorum mediocriter crassorum reticulati plexus, atque hæc quidem folia ex aliis foliis iucundo connexu succrescunt, quibus etiam plurimum pro caudice vititur, & in brachia diducitur, vt in apposita figura apertè demonstratur. Folia hæc cum tempore incassantur magis, & fiunt rotundiora, immò ligneam tandem substantiam acquirunt, præsertim inferiora, tumque & spinas magna ex parte amittunt. Femoris crassitudine obseruatum fuisse Gesnerus monet. Foliorum pinnis insident fructuum rudimenta multa, similiter spinosa, è quorum umbilico flores emicant Calathi Balaustrii quadantenus effigie, succulentiore magnitudine, multi, lutei, multis foliis vngue latioribus, rosarum foliis similibus constantes, quibus marcescentibus fructus maturatur Ficum magnam adæquans, superne umbilicatus, pulpa sanguineo rubore manus tingente infecta, gustu subdulci, sed quàm ficuum insuauiore, [serinum quiddam præ se ferenti Cæsalpin.] granulis farcta lentis ferè magnitudine, sed sinuatis & inæquali ambitu donatis, iisdemque concoloribus in sinu, vt cur ficulneis granis quidam contulerint, non videamus, sapore quodam peculiari, non tamen ingrato. Gesn. in fructu grauem quandam odorem esse annotat. Cum primum exit hæc planta [nam creuit nobis Montbelgardi, ex semi-

ne Romæ in diligentissimi Pharmacopœi hortu lecto] foliola duo emittit crassa, succulenta [aliquod Sedi genus emergere diceret] mucronata, è quorum sinu coniugali ceu pili quidam candidantes & purpurantes, futurarum spinularum primordia, simul exeruntur, quos non multò post folium sequitur iisdem vestitum, & hirsutum totum, nec latum, sed teres ferè, quod tamen temporis progressu paulatim in latitudinem comprimitur, fiuntque aculei cum tempore etiam firmiusculi. Radicula nouellæ plantulæ simplex & albicans est. Eandem cum primis foliis iconi nostræ adiungi curauimus.

Tradit Matth. parere hanc plantam in Indiciis regionibus, foliorum summitatibus fructus Ficus nostratibus similes, sed crassiores, & qui anteriore parte in coronæ speciem desinant, colore ex viridi purpurascente. Interiorem pulpam perinde esse ac in nostratibus: verum ad eò succosam fecundamque, vt sanguineo succo Mororum modo manus inficiat. Exstillat & gummi hæc arbor, succino flauo colore & substantia, si duritiem eximas lapidosam, admodum simile, & glebulis concretum & Tragacanthi ferè in modum, vermiculatum, ad eò durum vt dentibus comminuerè vix sit. Candelæ ad motum flammam non concipit sed comburit, nec tamen ullam odoris spirat fragrantiam: masticatum quoque nullum laporem effatu dignum exhibet. Tale à Io. Heitzmanno, industrio Pharmacopœo Basiliensi accepimus.

Esti verò facillè in eorum eamus sententiam, qui negant plantam modò à nobis descriptam, veram esse Veterum Opuntiam, nihilominus tamen hic proponemus, quæ à Veteribus de Opuntia tradita, quia nondum planè constat nobis, si ad aliam, ad quam tamen plantam sint referenda.

De ea Theoph. sic tradit. Fico Indicæ [cuius rami in terram curuantur, eique se inserentes rursus radicanter, de qua supra] simile quiddam est, vel potiùs quodammodò mirabilius, si qua ex foliis radicem mittat, qualem aiunt circa Opuntiam esse herbulam, quæ & cibo grata sit, & suavis gustu. Malè verò habet Scaligeram, quòd tam claram tamque singularem herbam quæ & vsui & miraculo sit, non nominari Theophr. mittendumque potiùs fuisse cursorem quod à se non semel factum testatur.

Plinius eadem pauca repetit, sic: circa Opuntiam Opuntia est herba, etiam homini dulcis. Mirumque, è folio eius radicem fieri, ac sic eam nunci.

Ficus hæc est in Indica, inquit Cardanus, quoniam fructu & foliorum magnitudine Ficum refert: Eam Mexicani apud quos frequens est, vocant *Nucheli*, arborem *Nopal*: Indi autem in Insula Hispanæ arborem vocant & fructum *Tunas*: alii verò *Pithaiam* etiam huic generi adnumerant. Minus autem diligenter describit *Tunam*, non semel fallens nos, aut superficialia inspectione falsus ipse, nec eam exactè distinguit à *Pithaya*, de qua inter Carduos.

Plinii Opuntiam plerisque Ficum Indicam nominari Matthioli testatur, & Indis suo idiomate *Tune* vocari, censetque eandem esse cum Opuntia Plinii & planta illa Theophrasti circa Opuntiam crescente. Hispani *Higuera de la India* vocant.

Quidam, inquit Lacuna, *Palam* Plinii existimant, quod affirmare non ausim. Nobis sanè descriptio *Pala* Plinii, Opuntia dictæ, minimè conuenire videtur. Benzo notat Peruanis aliisque

Matth.

Sanguineus succus Gummi.

Opuntia

Theoph.

Scaliger.

Opuntia

Nucheli.

Nopal.

Tuna.

Pithaiam.

Aliquot

Cardani

errores de-

teguntur.

Opuntia

Ficus Indi-

ca multi-

dem.

Tune.

Opuntia

Pala.

Amæ

Tunna. Americae provinciae incolis *Tunna* appellari. At Guiland. in epistol. ad Langium, Opuntia non Carduus est, ait, cui Tunna nomen, sed herba esui apta.

Tunna Carduus.
Matth. not.

Falsa Ficus Indica dicitur.
Anonymus Theoph. Pala Tala

Et in Theone: magnus, inquit, error Matth. apparet in Opuntia, quod Theophrasti testimonio *ποδειον*, non autem arbor, ut ipse falsò adstruit, cui vulgus perperam Fici Indicae nomen imposuit. Ea Theophrasto *ἀνώνυμος* est: Plinio alioqui Pala, & Ariano hist. Alex. lib. 8. Tala nominibus celebrata, ut alterutrum ferè locum mēdolum esse necesse sit.

Carduus Indicus.

Gesner. liberè dicit Ficum hanc Indicam aliquibus ridiculè Opuntiam nominari: ineptè verò ab alijs *Carduum Indicum* propter spinularum in folijs ceu penicillos.

Fructus doctantalis.

Idem fructum doctantalem ferè, verrucosum, ut Cucumis & Pomum mirabile, cui etiam ferè colore similis sit in maturitate ex Clusio abnotat: qui coniicit hoc esse Euphorbium quod Io. Leo in descriptione Africae describit, id quod Gesner. diligentius considerandum monet. Verùm Clusij opinio nobis non probatur: non enim est Euphorbium Leonis Africani, nec est Ficus Indica Veterum hæc planta de qua agimus, licet Clusius Cardanus & alii Ficum Indicam & Carduum Indicum vocitent, quod nomen prius etiam Pena & Lob. ei tribuunt in observationibus: rectius in Aduersariis Ficiferam Tunem Indorum appellant, ad euitandam homonymiam huius nominis, *Ficue Indica*, quod alijs arboribus tam à Veteribus quam à Neotericis tribui in superioribus patet.

Euphorbia Clus. Clus. taxatur.

Pena & Lob. not. Ficiferam Tunem Indorum.

Ceterum peculiaris est observatio Dodon. vel potiùs error de huius plantae flore: sic ait. In extremis folijs primùm flores erumpunt oblongi, deinde fructus subsequuntur: quorum fastigia foliosa quaedam instar coronae ambiunt, veluti ostendit icon quam Iac. Ant. Cortuso acceptam ferimus. Hæc ille. Vides quid sit plantae vel partis aliquam eius descriptionem ex icone condere: melius Asinum effingeres ex eius umbra, si iocari licet. Fallitur Dod. qui iuxta iconem suam appingit florem separatum calyculo longo, qui videtur esse flos Mexicanus, seu Iasmini Indici vocati, cui nihil ferè simile cum flore huius plantae. Si hunc ei misit Cortusus pro eius flore, sanè imposuit ipsi. Non sunt oblongi flores Ficiferae huius arboris, sed tales quales supra diximus: quales & ipse Dod. in sua icone à Cortuso missa adpictos foliorum pinnis ostendit, quamvis non florem, sed foliosa quaedam instar Coronae vocitet nesciens cum esse florem, & coniectura sua umbratili uti malens quam de re sibi ignota scripsisse videri.

Dodon. not.

Ficus Indica. Casalp. not.

Casalp. hanc à Ficu Indica Theophrasti non valdè abhominem dicit, & ab ea nequaquam genere differre: Nos planè contrarium dicimus: vter veriora tradat patebit vtriusque historiam diligenter consideranti.

Opuntia.

Hist. Lugd. ait: Opuntiam esse non sine ratione quis suspicetur. Camer. Opuntiam vulgò habitam diversam à Theophrast. Opuntia, Anapallum dicit à Bellonio. Legimus quidem apud Bellon. lib. 1. cap. 44. Arborem dictam, Anapala, semper virere in Creta: an verò intelligat plantam à nobis descriptam, in tanta breuitate dubitare rationabiliùs quam asserere. Lob. & Pena. in Aduers. dicitur Muha seu Opuntia. Tabern. Ficum Indicam spinosam: Germ. *Stachlich Indianisch*

Anapallus.

Anapala.

Ficus Indica spinosa.

Schwenck.

Feigen appellat. Schwenckfelt licentiosè simpliciter Anapallum Bellonii, & *Indianisch Feigen* vocat, ab incerto nomine Latino.

In Americae insulis Peruvianis, Hispaniola, Nicaragua, Guattimala, & toto Noua Hispaniae regno, ruri ac spontè abundè arborefcit, teste Benzoni. Peregrina in Europa est arbor, sed in Italia, Hispania Gallis atque etiam Germania iam ante multos annos in magnatum hortis & atrijs potissimum in pensilibus Adoniscoli cœpta.

In Monachorum Galliae Narbonensis Paradisis multis & suburbanis ad Monspelium, non modò elegantes culte, sed etiam neglectae plantae multos annos viruerunt, ut annotant Aduersaria. Et Camer. testatur Neapoli in Monasterio pone Castellum nouum vidisse altero tantò maiorem quam hominem, caudice duro ac lignoso. Tales & nos vidimus Romae in Beluedere dicto Paradiso, Pontificis Vaticano, alibique passim Italiae & Galliae lautioribus hortis. Sed quid calidiora illa loca dicimus: Coluit iam dudum & etiamnum colitur instructissimo suo horto plures arbores Basileae Cl. D. Platerus, quouis homine altiores, cui etià floruit uti vidimus. Coluimus & nos Montbelgardiae elegantes, tam ex semine quam ex folijs defixis natas. Basileae gummi profudit planta supradicti pharmacopoei, quod antea descripsimus. Rarius etiam fructum ferunt in Gallia, qui ad maturitatem perueniat. Maturum vidimus & legimus Romae in horto Cornini peritissimi pharmacopoei, vbi flores aliquot obseruauimus Maii fine: Monspelii, Iunio.

Apud nos in hypocausta & conclaua reponebantur tempore hyemis, & à frigore magna cura praeseruanda: alioqui facile putrescunt, & frigoris sunt impatientissimae: attamen & loca nimis occlusa odit.

Tam viuax est hæc planta, ut tum seminulo factò, tum folio lumi medio tenus defosso crescat facillimè. Vtroque enim nobis prouenit modo & alijs prouenisse scimus. Semine paucis interiectis diebus creuit: quamuis Camer. 16. deimò à satù die alterum, alterum verò etiam tertio demum mense sibi produisse tradat, causatus læuissimè hyemis reliquias, alioqui maturius fortè proditura.

In Italia & calidioribus Galliae locis feliciter crescit, & hyeme etiam in hortis sub dio relinquitur: sed vndique stupis involutam induunt, & rigatione abstinent. In Gallia Cisalpina non fructificat, ut narrant, ne Patauii quidem aut Ferrariæ. Facile tamen crediderimus vel ibi diligenti cultu ad frugem peruenire posse. Locis namque calidioribus, ut Romae (ut diximus) alibique & in Graecia, fructum perficit, quem aiunt longum esse digitos ferme octo, graui quodam odore. Superiobus annis, cum diuersis in locis Germaniae hanc plantam seruare aliqui conarentur, in cellis vinariis nimirum (vbi solent) omnibus periit. Septimo aut octauo anno fructum profert, qui maturescit autumnò.

Sapor plantae, quem Sedi maioris similem exhibet, satis aperte, vel Lacuna iudice, ostendit frigidam & humidam esse. Experientia constare idem tradit, vulnera recentia mirabiliter glutinare. Aliquot Ficus comestae tingunt urinam rubro sanguineo colore. Urina sanguinea ignorantibus causam insignem terrorem attulit non sine consociorum & medicorum risu. Cautio itaque sit non edendum alioqui urinam cruentam ex plurimorum Autorum obseruatione cautaturum. Etenim hoc & Matth. & Pena cum Lobel. Cardanus, Gesnerus, Camer. alique plures qui fortè *αὐτοθεασάμενοι* hoc ipsis retulerunt, hoc testantur. Referunt hoc idem qui Orientales insulas sunt

Locus.

Tempus.

Cultus.

Satio.

Odor fructus.

Tempus Vires & vis.

Temperamentum.

Vulnera Urina cruenta.

Fl. era.

peruagati. Folio dissecto multus & tenacissimus humor emanat, instat albuminis oui conquisitum, quem vlcibus antiquis vtiliter adhiberi tradunt. Ipsi fructus refrigerant: succo quoque foliorum pro aqua vtuntur Indi. Granorum quae fructibus illis continentur ad sericum tingendum vltus est autore Gesnerto & Cardano.

Tinctura.

Sed mox lib. de var. rer. subdit idem Cardanus: Ceterum an omnino ex granis illis sericum tingatur, haud multum refert quandoquidem aeternas res, non quae mutantur edocemus: singula enim cursu temporum & multa cum regione mutantur: at ratio perpetuo manet, velut si quid colorem hunc rubeum splendenter retineat: substantia vero & tenui & densa mediocriter praeditum fuerit, tunc cum vires habeat efficaces, tinctura serici vel lanarum erit idoneum. Quod si hic (Mediolani) planta haec posset propagari, melior esset haec Chymica quam metallorum: nam non solum sericum, verum & lanam hoc medicamento inficiunt, purpuramque seu Chermesinum vocant. Haec ille. Sanè vero, Oedipo vel Delio aliquo natatore opus esset, qui edoceret, quid prioribus illis suis verbis vellet: vel potius Scaligero aliquo magistro, qui vel male sentientem exploderet, vel inepte loquentem castigaret. Quid enim hoc ad rem, quaerere an granis sericum tingatur: tum dicere, parum referre, quoniam res aeternas docere propositum habeat, non mutabiles: subsequenter verbis quid sibi velit, subolfacimus tantum. Granis inest quaedam adstrictio, quibus color à succo in rem tingendam manans firmatur & quasi ne euanescat aut alienetur, coercetur. Perinde ac alumen, galla aliaue eiusmodi, diuersis coloribus saturandis & figendis (vti liceat hac voce Chymicis consueta) accommoda. Nobis ita visum: succum fructus, colorem, granarum administrata, coloris firmationem, fixationemue subministrare. In succulenta namque fructus substantia cruentum illum colorem in semine nullum, atque verò nullum, praeter leuem quandam adstrictionem, haecenus deprehendimus. Meliora certioraque docenti libenter herbam potrigemus. De tingendi enim modo ex hac planta haecenus nihil certi & definiti nobis compertum.

*Purpura.
Chermesi-
num.
Cardan.
est.*

OPUNTIAE VVLGO DICTAE
COGNATA FERRUMINA-
tix Indorum.



Arbustula in India sponte natam, & (Ficui Indica vulgo dictae) admodum cognatam, vocant incolae Ferruminatix, al-
tuum fracturis & luxationibus, peramicam. Perpetuo viret, & foliorum sobole successiuam arboream magnitudinem adipiscitur: uisde-
que planè foliis [cum Opuntia dicta] sed fructu minore & spinosiore, purpureum viscidum

*Ferrumi-
natix
Vires.
Fractura.*

succum remittente, adque imbuendos pannos infectura tenacissima. De eadem & Histor. Lugd. tradit: Indis Ferruminatrix nobis Opuntia Ostocellos dici potest. Ramos profert foliis refertos aspectu deformibus, admodum spissis & spinosis, Tunc foliis similibus, vt describit autor generalis Indiarum historiae. Rami isti folia primum fuere, ex singulis singula oriuntur, atque ex his alia, quae demum indurantur, & mutuo sibi succedente foliorum sobole in ramos abeunt, ac tandem arboris magnitudinem adipiscuntur, quae perpetuo viret caudice in imo & ramis cinericiis, asperis.

*Tinctura.
Opuntia O.
stocellos.*

Succus fructus ad inficiendos pannos infecturæ tenacissime: vt dictum folia spinis exemptis trita & cataplasmatibus modo imposita fracta ossa mirè glutinant, sed illa prius locis suis aptissime reponi oportet. Nam admotum Cataplasma cum agere in partem cepit? ita haeret, vt auulso perdifficile sit. Ea verò sanata sponte excidit.

*Vsus & ad-
ministran-
di.*

FINIS LIBRI PRIMI.





HISTORIAE

GENERALIS

STIRPIVM

LIBER SECVNDVS.

EARVM EST ARBORVM ET FRVCTVVM

QVI POMI QVOQVE VOCE GENERALIORI COMPRA-

HENDVNTVR: SED FORVM POTISSIMVM, QVI OSSEAM NV-

-cem carne obteetam habent, esculentâ, vel non esculentâ:

& quorum aliqua cum his affinitas.



MALORVM natura, qua vel carne constant pulposâ & eduli, vel rari aliquâ substantiâ, quam heterogeneâ, qua tamen, aut certè magnâ ex parte, sit edendo, hæcenus dicta: est externarum quadam mixta conditione irrepsisse videantur. Equi enim omnia ita exactè velut in cancellos quosdam cogat, quod ipsi non datum natura? Pari nunc diligentia persequamur, quorum ossa visceribus comprehensa, nobilitus & vegetius propagationis principium claudunt: seu, ut Plin. ait, vitiumque cinctum fructu, cum fructus alibi manatur vitio: nempe putamine osseo. Quorum natura trigemina est, corpus, deinde lignum, rursusque semen in ligno, ut Persici, & qua mox tradentur.

MALVS PERSICA.

CAPVT I.

Descriptio



fructus.

varietas.

IUSTAE magnitudinis arbor est Persica, caudice satis crasso, ramis brachiata, cortice rubente & suffusco. Flores profert pulchros dilute rubescentes, odoris exigui, è quinque folijs latis compositos. Medium occupant stamina multa, longiuscula, purpurantia, aut alba, cum paris magnitudinis stylo. Infident autem flores sine pediculis, ramorum tuberculis adnati, calycibus rubentibus in quinque foliola acuta sese explicantibus. Poma nonnihil rotunda, denso villo tomentosa, ex luteo herbacea, alias pulchre flava, alias punicea area decorata, carne alba vel pallida, interdum flava, rarius ru-

berculis adnati, calycibus rubentibus in quinque foliola acuta sese explicantibus. Poma nonnihil rotunda, denso villo tomentosa, ex luteo herbacea, alias pulchre flava, alias punicea area decorata, carne alba vel pallida, interdum flava, rarius ru-

Tom. I.

bente penitus, aut sanguineis guttis cruentata, sapore dulciusculo, pertinaci adhaesu officulum vix deferente, in quibusdam tamen speciebus facile solubili (quæ bonitatis nota habetur) cuius profundis sulcis & serobiculis passim se infinuat. Est autem officulo crassities insignis, durities ferè inuicta, sed interna facie laevis politus, externa multis sulcis profundiusculis nullo ordine canaliculata, binis valuis constans: in quo nucleus callosus, oblongus, exacutus, albus, flavescente curricula vestitus, qua detracta geminus conspicitur, amaricans, non tamen gustu insuavi. Folia oblonga, Salicis, acuminata, crenata, Amygdalinis, quibus persimilia, maiora, sapore amaro, qualis in Persicorum nucleis, ingratiore tamen. Materies ruffa, & circa media ferè punicea, satis firma, ob id ad torni artificium præ alijs expetita.

Hæc arbor non multam ætatem acquirit, ut e-ærae nim citò & promptè adolescit, & ad frugem peruenit, ita non multis annis post senescens tendit ad interitum.

Porrò an de hac arbore aliquid Theophr. prodiderit, haud ita facile iudicatu. Persica [vertit Gaza apud Theophr. lib. 3, c. 5.] in Ægypto & locis proximis fructificat, quanquam in Rhodo usque ad florem duntaxat deuenit. Quæ verba Dalech. citans de Persico hac nostra vult esse in-

officulum

Nucleus.

Materies.

An Theoph. de Persico loquitur.

telligenda, addens: aliquos perperam pro Persica legere Perseam. Nostra exemplaria *περσικα* habent. Ita & Scaliger legit, & male ait verti à Gaza Persicum. Vult enim duas esse *περσικα*, Videtur itaque nō agnouisse aliud esse *περσικα* aliud *περσικα*: *περσικα* sanè apud Athen. legitur pro Persica alicubi. Monendus est autem Lector, tres esse arbores, vnam Nucem Persicam quæ nostra est Inglas: alteram Malum Persicam, de qua hic agimus, quam fortè non malè *περσικα* nomine exprimas: & tertiam veram *περσικα* Theophrasti, de qua suo loco. Diosc. sanè manifestè distinguit Perseam, à Malo Persica, diuersis locis de ijs tractans. Et Corna. suprà citato loco Theophrasti, *περσικα* legi vult: Et rectè, ita enim quoque habetur lib. 2. caus. c. 4. vbi Theophr. eadem repetit: vt Theophrast' nihil de hac nostra Persico egisse videatur, quantum quidem nobis hætenus constat: Et locus citatus de Persea intelligendus videtur: neq; quicquam exprimit, quod nostra Persici speciem aut naturam declaret, vt mirum sit Dalechampii ex Plinii sola versione [deprauata tamen] iudicasse ex Plinio apud Theophr. *περσικα* vel *περσικα* legendum, Theophrastumq; de nostra Persico locutum. Nam quod Plinius, lib. 15. c. 13. scribit: In totum quidem Persica peregrina etiam Asiæ Græciæque esse, ex nomine ipso apparet, atque ex Perside aduecta. Persicæ arbores serò, & cum difficultate transiere, vt quæ in Rhodo nihil ferant, quod primum ab Ægypto earum fuerat hospitium. Falsum est, venenata cum cruciatu in Persis gigni, & penarum causa à regibus translata in Ægyptum, terra mitigata. Id enim de Persea diligentiores tradunt, quæ in totum alia est &c. Hæc inquam verba tota, non postrema tantum, vt Plinius ait, sed priora quoq; de Persea intelligenda, ex Theophrasto. Teste etiam Euricio Corò Persica & Persea, diuersa sunt diuersarum arborum mala.

Gaza not.

Tres arbores Persica nuncie cōpræhensa.

Theoph. locus correct.

Dal. & H. Lugd. not.

Plin. not.

Synonyma autorumq; sententiæ. Shauch. Persica Harpocrati sacra.

Rhodacina. Duracina. Coccymala.

Oxymala. Adria Persica.

Theoph. corr.

Diosc. *περσικα* ἡ γὰρ: Serap. *Shauch*, id est, Persicum. Auic. *Persica*. Bellunensis ponit in margine *Chauch*. Matth. *Shauch* habet.

Harpocrati taciturnitatis Deo Persicam sacram esse tradit Plutarchus lib. de Iside & Osiride, quoniam huius arboris folium linguæ simile sit, fructus cordi.

Persica mala, è Græcis nonnulli *ροδάκινα* quasi Duracina appellant: nonnulli, vt Aristophanes Grammaticus, in Glossis Laconicis vocari dicunt, (vt Athenæus tradit) Coccymala, & oxymala Persica, & Adria.

Idem Athen. tradit Theophrastum de Persica agere, quando sic ait: Theoph. libro secundo historiae plant. de ijs tractans, quorum fructus non est conspicuus, ita scribit. Manifestum quidem est maiorum omnium plantarum principium, vt Amygdali, Nucis, & aliarum huiusmodi, itemque Punice mali, Piri, excepto Persico, cuius obscurum est, ac minime tale. Atqui hunc locum nec Dalechamp. neque nos hætenus quamuis diu & diligenter quæsitum inuenimus. Placet itaque Dalechamp. sententia, locum hunc corruptum esse, & ex aliis locis eiusdem auctoris ita restituendum. Manifestum quidem est maiorum omnium plantarum principium modis pluribus, veluti Nucis, Amygdali, & aliarum huiusmodi: item Punice Mali, Piri, excepta Malo Persica (*καὶ τὸ περσικόν*). Hæc enim pluribus modis minime gignitur. Persicam malum scil. intelligit Citriam, quam is & Persicam & Medicam vocat, vt in superiori libro patet, quæ semine tantum nascitur, non autem Persicam nostratam, vt Athenæus videtur existimasse.

Quidam Nucem Molluscam purant, sed malè, vt postea docebitur *μηλιά περσικὴ* Galeno, qui iam suo tempore vulgò ab omnibus Persice tantum appellari tradit, videlicet omissa voce *μηλιά*. Idè etiam nunc eius fructum plerique *περσικόν* & Persicum simpliciter vocant. Paulus & Actius *ροδάκινον*, vel, vt alij volunt, *δοράκιον*. Sed vix autorum placita atque synonyma ritè exequemur nisi prius eorundem differentias assignemus, ne diuersam nomenclaturæ lectori pariant confusionem, ijs non præmissis, & quomocunque explicatis.

Duracina Persicum. Nunc à Persica.

Palladius itaque Persicorum genera hæc posuit: duracina, præcoqua, persica armeniaca, vel vt alij volunt Armenia. Galenus tamen vnum tantum præcoquium, & Armeniacum genus esse voluit. Nam Armeniaca vocitari, iam desitum est. de quibus Martialis:

Differentie Duracina. Præcoqua. Persica. Armenia.

Vilia maternis suorumus præcoqua tamen: Epigr. lib. 13.

Nunc in adoptiuis, Persica cara sumus,

Bericocum.

Actius hoc genus etiam Bericocum vocat: quod Pomo cæteris minimum est: sunt tamen è Neotericis plures, qui hoc genus ad Pruna Armeniaca referant, quibus Curtius neitiquam ad stipulatur. Neque sanè putandum Dioscoridem ita confusè hoc genus Prunorum cum Persicis Malis miscuisse, cum alibi Prunorum meminerit.

Plinius autem regionum habere cognomina prodidit: Gallica, Asiatica, & Supernatia. Sed Persicorum (inquit) palma duracinis. [Rhodacenis Cornar.] Nationum habent cognomen, Gallica & Asiatica. Post autumnum maturescunt: æstate præcocia, intra xxx. annos reperta, & primo denariis singulis venundata. Supernatia è sabinis veniunt, popularia vndique. Po num innocuum expetitur agris: pretiumque iam singulis triceni nummi fuere, [alii, triceni, nummi fuere.] nullius maiore: quod miremur, quia non aliud fugacius. Longissima namque decerpto bidui mora est: cogitque se venundari.

Gallica. Asiatica. Supernatia. Sabinia. Præcocia. Popularia.

Sostratus *ἐν τῷ ἀπὸ βλητῶν ἐξ ἀκίτων*, Persicam Rhodacineam vocari ait, translataque ex Æthiopia in Ægyptum: Nicander in Alexiph. Perseum Mycenis tenuisse, à Cepheo Andromedes patre dono acceptam: eiusque nucleos cerussæ veneno auxiliari. Vterque scilicet, quamuis classicus & vetustus scriptor Persicam cum Persica confundit, vt doctissimus annotat Dalech. Neque verò etiam placet eiusdem Nicandri interpretis in hunc modum scribens: sciendum est Socratem in comment. dereptilibus testari, Persicam quam Rhodacineam dicunt: hac voce autem Græci Persica nunc etiam appellant: ex Æthiopia in Ægyptum translata fuisse. Et Rhodus Democriteus in Comment. de his quæ ἀντιπαθῆ & συμπαθῆ dicuntur: Persas (ait) lethalem arborem habentes in Ægyptum misisse eredentes perituros multos ab ea, sed utilem cōtrario euentu illis profuisse, protulisseque suauissima poma, qualia nunc videntur: Non placet inquam interpretatio Scholiastis Nicandri, existimantis Persicam & Persicæ nuce idem esse cum Rhodacine siue Persicis Nicandri, de qua re specialius cap. de Persica.

Persica Rhodacineam.

Perseum.

Sostratus Nicander repreh.

Persica.

Rhodacine Persica.

Interpres Nicandri repreh.

Paulus *τὸ περσικόν* his verbis distinguit: *τὰ δὲ περσικὰ τὰ καὶ δοράκινα* [alij legunt *δοράκινα*] καὶ ἀρμένια κρηίττονα τῶν περσικῶν &c. Corn. vertit: præcocia & Rhodacena & Armenia meliora sunt Persicis, neque enim acescunt, neque similiter corrumpuntur: sunt autem & iucunda. Verum non probatur nobis Cornarius, reponens vocem Rhodacena

Cor. repreh. cena

cena pro Duracena : quandoquidem ipse etiam Palladius, probatus Latinus & Geoponicus, eodem modo nominavit, differentiasque similes posuit ante Paulum in Nouembri cap. 6. quas paulo ante adduximus. Merito igitur reprehensus fuit à Matthiolo, ut particularius dicitur cap. de Armeniacis.

Plin. not.

Mirum quod Plin. lib. xv. cap. xxxix scribit, nullum succum Persicis, cum praesertim duracina succo abundant. Quis verò dicat nullum succum esse Persicis, quorum omnia genera, quae hodie quidem habentur, nemo est qui non fateatur succulenta, licet alia magis, alia minus qualia forte sua duracina intelligit Plinius: quamvis fortassis Duracina latinis dicta quis putare possit, quod solidiori sint carnis duritiae ceteris quorum substantia tenera & mollis, ut quid de eò Plinij loco statuamus vix occurrat.

Duracina unde?

Addit idem alia quaedam ad persicorum explanationem facientia his verbis: sua & in odore miracula: Malis acutus, Persicis dilutus, dulcibus nullus. Sed quid? dulcibus nullus? Intelligat licet vel Poma vel Persica, non stabunt eius verba. Non meminerat Plin. (inquit Scal.) cum haec diceret, rerum naturalium, quae vel quotidiano in usu sunt. Vel enim & valde dulces, & valde odoratum est: & probum mel quod dulcius, odoratus Dioscor. Male igitur dulcia ab odoratis excludit.

Plin. repreh.

Pergit Plin. Alijs foris corpus, intus lignum, ut Persicis & Prunis. Quaedam statim à ligno recedunt, ut Noces & Palmae: quaedam adherent, ut Oliuae, Laurique. Quorundam generi utraque est natura, ut Persicis. Etenim Duracinae adheret corpus, è lignoque auelli nequit, cum in ceteris facile separetur. Quorundam natura trigemina est, Corpus, demde lignum, rursumque semen in ligno, ut Persicis.

Rhodacena Pauli quae? Plin. duracina. Unde de dicta. Praecocia Plin. qualia. Noces ocellatae.

Porro Rhodacena Pauli, Dalech. dicit quae Galli Auberges, Mirecotons & Presses vocant, sic dicta quod vel rosam oleant, vel rosea & rubro colore picturata ferè conspiciantur. Duracina verò, quorum caro sit durior. Per Praecocia item intelligit magna & ampla: sic dicta, quod è montanis & supernis locis adhaerentur: Vulgò Abricots. Alex. ab Alexandro Gen. Dierum Noces ocellatas, quibus authore Tranquillo Augustus cum pueris lusit, probabilius nucleos putat quos in Persicis Pomis sitos inspicimus, quibus persapè ludere, nostrates pueros hodie videmus. Et Gesn. in Catal. Idem comprobatur, dum ait: Nux persica, hanc aliqui Ocellatam apud Suetonium accipiunt Ein Pfersichstein. Dalechampius probat eam opinionem, quae vult nocis Ocellatas esse Auellanas, ut licet videre l. j. H. n. g. Aliam verò longè differentem opinionem habet Rob. Const. qui Ossillatis, vel ossiculis nucibusque existimat legendum, ut demonstratur c. denuce juglande.

Persicor. nucleos.

Nux Persica.

Noces Auellanae.

Rhodacina. Praecocia. Rhodacina unde. Doracina.

Simeon Sethi. ῥοδάκινα & πορρικία habet. Persica, inquit Hermol. ex Perside aduecta in Rhodo ad florem usque perueniens. Inde Rhodacina fortasse vernaculo Graecorum sermone dicta, nisi quis inuersum nomen putet, quasi Doracina: sic enim Persica ipsa nominantur à Graecis recentioribus Paulo & Aetio, quasi Duracina.

Duracina. Mollusca nux. Persica sine ossibus & inscripta Hermol. not.

Molluscam nucem sunt qui Persicum interpretati falso fuerint. Persica sine suis ossibus & inscripta quemadmodum nascantur, docebit Palladius. Mirari verò subit cur Hermol. scribat, Palladium tria tantum genera Persicorum enumerare, cum manifestè quatuor habeat, ut supra ostendimus, quorum Hermol. praecoqua omittit. Sint haec Armenia, quae Prunorum generis quidam volunt, an

diuersa, studiosi falgamorum dijudicent. Hermolao eadem videri placet.

Macrobius qui Persicum vulgò dictam Molluscam Nucem esse putat, apertè hallucinatus est, inquit idem: Molluscam autem Nucem dictam putabat Macrobius, quod ceteris generibus mollior esset; cuius putamen facillè rumpatur; de qua Plautus in calceolo:

Molluscam nucem non esse Persicam.

Molluscam Nucem super eius dixit impendere regulas.

Sueuij testimonio fretus, in Idyllio, quod inscribitur Moretum, ita putauit Macrobius. Errorisque causa fuit quod ipse existimauerit idem esse Malum Persicum & Nucem Persicam. Sic enim hic Idyllio seu Edulio, quod Moretum inscribi diximus:

Admisce tu Acca Basilicis haec, Nux partim, Partim Persica, quod nomen denique fertur: Propterea quod qui quondam cum rege Ponti Nomine Alexandro Magno sera praelia bello In Persas retulere suo, inde retentum Hoc genus arboris in praetatis sinibus Graijs Dissuerere, nonos fructus mortalibus dantes, Mollusca haec Nux est, ne quis forte inscius erret.

Persica.

Non enim hic, ut hic arbitratur de Persico teniori Pomo agit, sed de Nuce Persica. In Moreto enim poma tenera poni non solebant, sed Persicae noces. Haec fuit Perotti sententia, qui Macrobiū reprehendere voluit, in quam irem, inquit Curtius, si eiusdem classici auctoris monumentis me doceret, in Moreto non poma tenera, sed persicas tantum Noces, id est, Iuglandes, poni solere, quod ex Vergiliano Moreto non probatur. Ad Hermolai auctoritatem accedit quoque Ruellij, idem dicentis, nimirum Macrobiū Mali persici & Nucis persicae confusione lapsū.

Noces Persica.

Marcellus notum quidem Persicorum genus omne & formam tradit, nondum tamen in Antiquioribus satis patere, an huius pomi arbor sit, quam Diosc. pluresque alij Persicam dicunt, in Aethiopia lethalem, in Aegypto autem salubrem, de qua in hortulo cecinit Colum. an quae malus Persica ubique nascitur? Ex Nicandri (addit ille) interprete in Theriacis credi potest eandem esse. Poeta ubi de Cerussa agit, praecipit duras Persicae noces: Nocesque appellat Persicorum ossa soliditate sua nucibus similia: Quas hic ipse in remedijs cerussam περσικῶν ὀστέων appellauit. Ex quibus manifestè patere putat Marcellus, quam alij περσικῶν arborem dicunt, Poeticè à Nicandro interpretèque eius περσικῶν vocari. In hanc enim ait inclinare animum eius, etsi id Plinius negauerit, & aliorum multorum auctoritati obstet. Et alibi: In Persica Theoph. plura sunt quae nostrati Persicae eadem sunt: aliqua nihil nostris idem aut simile habent: inclinatur animum genere eandem, specie diuersam nostratem ab Aegypcia esse, de qua tantum Veteres egerunt. Huius rei testis Columella est.

Persicae.

Marcellus putant Persicam & Persicam idem esse.

Persicorum ossa.

Persicae.

Considerandum an idem senserit Nicander quod eius interpretes scholiastae, & ex eo Marcellus. Fortè Nicander de Persica tantum scribit & non de Persicis. Columellam de persicis scribere existimamus: Marcello assentiri non possumus: persicam diuersam à persica statuimus.

Marcellus not.

Ruellius putat Theophrasto non indicta Persica, quod colligimus ex his verbis, quando ait: Persica Theophrasti temporibus in Aegypto & vicinis locis ferebat &c. Sed an de Persica intelligendus sit ex praecedentibus patet.

De differentijs idem sic ait: Tria Pomorum obseruant genera: (Verum ex Palladio & Plinio satis patuit quatuor ipsis obseruata) posteritas innu-

Duracinum
Præcocius
Præcocius

mera penè fecit. Populare uulgò notum est, *Perfiche* vocabulo, Duracinum ex re dictum, quòd corpus pertinaciùs hæreat ossi, Galli *Pressum*: in quò etiam genere reperiuntur Poma quæ sanguineo succo manus inficiunt. Præcox, Antepersicum officinis, uulgò Trecacinum, quòd inde ad nos adferatur, æstare maturefcens: Hoc vt reliquis est minus, ita itundissimo, cætera præueniens, placet sapore, atque innocenti gustu, vt quod impunè manditur ægris. Nec figura, nec succo, nec gustu, nec colore, sed sola celeritate proueniendi dissidet à vulgari. Armeniaca peregrina sunt, de quibus agetur postea. Verùm quæ ex ossè (ex Malis, vt ait Curtius) prouenerint, Græcis Agricultura peritis *Bá-Cia* appellantur.

Trecacin.

Delectus.

Bá-Cia

Perfice differe à Perseis.

Crocea.

Cordus Categoriè affirmit Perfica nostra differre à Perseis. In differentijs quædam parua dicit, quædam grâdia, & crocâ carne, quæ omnibus saporis bonitate præferantur. Nos ex candidis genus degustauimus, quod sapore vix ulli cedat croceo.

Myrocotoneum.

Vulgaris Perfici, vt annotat. Scaliger species à colore tres. Vna sublutea valdè diluta, si corticè spectes: albâ pulpa. Altera tota lutea, duùm generum: Alterum natiuum, minùs nobile, alterum longè commendabilius, an arte sit factum, nescire se ait. Myrocotoneum Galli vocant. Tertia species tota sanguinea est. Primam speciem duæ partiuntur differentia. Marem ac foemellam dicunt. Maris caro ab ossè non abscedit: foemellæ abscedit. Hæc generalia sunt differentiarum fundamenta. Sed specialiores quoque differentias sectemur, ex recentiorum Herbariorum obseruationibus, atque etiam nostris.

Cornar. not.

Cornarius Perfica omnibus nota Rhodacena dici & à se alibi ostensum ait. At apud Paulum, vulgaria Armeniaca, quæ Germ. *Nariliden* dicit esse Simeonis Sethi Rhodacena.

Differentia Trag. & Matth. populare Duracina. Supernatiu. Sabinum. Rubra. Aurea. Virentia. Candida.

Tragus sic distinguit: Vulgatius Persicum dicitur populare: aliud, quod non facillè à nucleo separatur, Duracinum & doracinum: Tertium Supernatiuum: Sabinum Persicum totum rubrum. Perfica autem mala primùm ex Perfide allata.

Differentia à sapore. atque delectus.

Duracina. Cotonea.

Persicorum, inquit Matth. plurimæ reperiuntur species: Nam quædam rubent, alia aureo colore fulgent, alia virefcunt, alia candida sunt, alia sanguineo succo madent, alia Duracina, alia Cotonea vocantur. Ad hæc quædam habentur dulcia, quædam acida, quædam vinosâ, quædam amariuscule, & quædam etiam austera. Prima laus in cibis Duracinis, quòd duriore sint pulpa, & rarò pertinaciter hæreat ossi. Præcipua autem in hoc genere illis laus, quæ ab aurei coloris nitore odoreque perquam incundo Cotonea cognominant. Secundas sibi vendicant partes, quæ cortice detractò, sanguineum succum fundunt, non propterea quòd sint gustu reliquis suauiora, sed etiam quia magnitudine & colore sunt speciosa. Proxima sunt, nec prædicto generi fortasse cedunt, quæ à Nucis similitudine Nucipersica cognominantur, quòd Nucum Inglandium faciem repræsentent. Hæc enim cum colore & sapore non refragentur Perficis Cotoneis, tum etiam non ingrata dentibus duritie, gustum mira afficiunt voluptate. Est & genus aliud Persicorum in Hetruria, ac in alijs Italia locis agricolatum mangonio factum, quæ ideò Perfica Amygdala vocant, quoniam Persicorum ossium vice dulces Amygdalarum nucleos includunt. Hæc itaque Matth. differentia sunt. At si, vt ille ait, Nucipersica colore & sapore non refragatur Perficis Cotoneis, quomodo Nucum Inglandium faciem repræsentant, quas scimus per-

Sanguinea.

Nucipersica.

Perfice Amygdala Matth. not.

petuò esse virides: Videtur quoque Matthioli Perfico-Amygdala diuersa à nostra Amygdalo-Perfica, de qua cap. de Amygdalo.

Cornar. Contendit vbique corruptum esse Plinij Codicem ijs in locis, in quibus de Duracinis Perficis tractat: quin & Pauli, & Palladij & Constantini Cæsaris libros corruptos esse: Matthiolus potiùs Cornarium hallucinatum credit, quàm libros deprauatos esse quòd non intellexerit, quid Plinio & Palladio Duracina, quid Paulo *Sopánna*, quidue Actio & Còstantino & alijs quibusdâ Græcis *podánna* extiterint. In Paulo *Sopánna*, vt vulgata habet lectio, non *podánna*, Cornarij modo, legendum: vt Corn. ipse fatetur, Rhodacene, non est alia, quàm Malus Perfica, quemad. Rhodacena nihil aliud sunt, quàm Mala ipsa Latinis Perfica vocata. Sed Paulo *Sopánna* genus est præcocius siue Armeniaci mali, vt ipse declarat. Non vt Corn. nostra atas vocat quædam Perfica mala Duracina, quòd ossè cæteris duriore sint, sed Antiquos secuta, quòd pulpæ consistentia gustu gratiori sese offerant, & longiori tempore perdurent.

Corn. repr.

Doracina.

Rhodacene idem quod Perfica. Doracina genus Præcocius siue Armeniaci. Corn. not.

Actius, Const. Cæsar & Simeon Sethi, inter recentiores Græcos pluribus in locis manifestè demonstrant, nihil aliud per Rhodacenam se intellexisse, quàm veram Perfici plantam.

Marcellus Flor. & Symphorianus Campegius in historialibus Galeni campis existimant, eandem Plantam esse Persicam & Perseam, sed qui perlegerit quæ Theoph. Diosc. & Gal. scribunt, has plantas inter se differre comperiet.

Marcell. Symphor. notantur.

Porrò non nobis propositum hoc loco tueri opinionem Cornarij, verùm illud obseruandum existimamus apud Paulum non nobis videri *Sopánna* genus esse Præcocius siue Armeniaci Mali, vt vult Matth. sed Persicorum, quod apparebit, nostro iudicio, iis, qui considerabunt verba Pauli.

Matth. not.

Doracina non esse genus præcocius aut Armeniaci. sed Persici Mancana perfica.

Lacuna Mancanas Perficas (Perfica mala) multas habere differentias scribit, vt *Duracino, Prisco, Melocoton, Aluor-coque*, aliasque species, quarum nomina ipse ignoret. Antiquis Duracinas, priusquam innotuissent Melocotonea, pluris fiebât, (inquit) & propter duritiem vocabantur mala Duracina: verùm cum industria humana produxit Melocotonea, famam amiserunt Duracina. Melocotum reuera est Duracinum spurium, ex insitione Duracini & Cotoneæ, maius & pulchrius est legitimo: Duracino autem simile figura & sapore ac pulpa adherente ossi: Cotoneo magnitudine, colore luteo ac nomine. Priscorum vox de omni genere vsurpatur Hispanis, videturque, ex Perfica corrupta & deprauata. Vocamus tamen Priscos omnia Duracina cui pulpa adheret firmiter ossibus, nec facillè ab eis separari potest, huius Hispanis celebrantur differentia, quas vernacula lingua *blancos, armillos, bermios, pardillos & azules* vocant. Item alia sunt extrinsecus villosa, alia glabra: aliis caro firmisscula & dura, aliis eiußmodi, quæ velleui manuum contrectatu in succum diffluat.

Melocotum quid.

Sic & *Amatus* quamuis Persicorum varia agnoscat genera, vniuersa tamen ad duo præcipua reducit, ad Duracina & Præmollia. Duracinum ei quoque dictum quia difficulter ab ossibus auellitur, non verò à Rodacino, vt quidam fabulantur. Hoc in Vniuersa Hispania in maximo habetur pretio & meritò, quia stomacho sua suauis & vix perceptibili stypticitate conueniat, imò ea de causa inter cordialia medicamenta à nonnullis reponatur. Præmolle verò vt vile infimæ plebis hominibus relinquitur, sic dictum, quia facillè ab ossè

Differentia Amati. Duracinum

Rhodacini.

Præmolle.

ab osse suo diuellit: sunt tamen nonnulla præmolliia Persica in Italia, intus rubra, quæ Duracini non cedunt, grata sapore, stomacho accommodata. Hæc vero omnia Persica poma in Persia lethalia & venenosa erant, in Ægypto postea mitia facta & suauissima, qualia nunc videntur.

Quid sibi velint tum hi, tum antea citati auctores, quando vno quasi ore omnes dicitant Duracina difficultet separari ab osse, scimus quidem, sed rem ipsam intuentes, contrarium, ut plurimum deprehendimus. Enimvero sanè hæcenus in Italia, Gallia atque Germania obseruauimus magna ex parte persica, quibus pulpa hæret, ossibus cæteris ferè esse molliora, ac interdum penitus mucosa & succulenta: firmiter verò pulpa cui non adheret.

Verfatur verò Amatus quoque in ea hæresi, Perseam arborem eandem esse cum Persica, etiã apud Dioscoridam, vanitatis insimulans eos qui contrarium statuunt. At sanè vanissima est eius ratio qua ad suam opinionem defendendam nititur: quum (inquit) de Malis omnibus egit, (sub Diosc.) sermonem habuit de Pomis arboris Perseæ: nunc vero (sub finem lib. 1.) de ipsa arbore: & addit, suo iudicio subscribere Io. Agricola, & Ammonium. Subscribant sanè quotquot velint, nobis post hac non persuadebunt, vel plurium auctoritates. Neque verò consuetum Dioscoridi, hic de fructu, illic de eius arbore agere, ut ipse in exemplum trahere conatur. Sed quid opus rationibus, vbi ipsa rei suppetit veritas:

Anguil. Persica notissima dicit, tam Duracina Durase Italica dicta, quam Nuciperfica (Persiche noci) quæ Auerrhoes Antipersica vocauit.

Gesnerus ex Vitoysello Silesio has differentias ponit. Maiora & odoratiora, qualia circa Lacum Verbanum proueniunt: Persica Hungarica, quæ trium generum: quædam magnitudine pugni: alia intus & foris colore aureo: alia intus sanguineo succo, Duracina & ferotina.

Persicâ arbore in Malum Cydoniam inferta Cydoniam malum enasci videmus, inquit Monardes.

Est & species quædam Italica, fructus maiores proferens, in horro patricij Tigurini, eidem Gesnero.

Lob. & Penæ Vulgaris Persica, sole mutato & venenata vi, patrio nomine notissima.

Rob. Const. existimat Theoph. lib. 3. c. 7. de Persica loqui, quod nobis non videtur. Nicandri Scholiastæ eidem & Constantino, Paulo, Actio & Simeoni Sethi. Persica Diosc. & Theoph. l. 4. c. 4. hist. (in quo fallitur, si de his intelligit, ut intelligere videtur: nam hæc est Malus Medica, quæ & Persica dicitur Theophrasto) siue Alexand. Aphrodisæo in problem. recentioribus Græcis aut podaxiva: Auctores Persicarum nomina alicubi distinxerunt, alibi verò confuderunt, cum tamen diuersas plâtas pingerent. Perseam ipsam sub Persica arboris nomine voces ipsas commiscens depingit Plin. lib. 9. c. 13. Persicæ arbori tribuit Plin. quæ Theoph. de Persea prodidit. Hæc Const.

Casalpino Persica arbor est parua, citissimè omnium senescens. Eius genera plura: quædam os habent à pericarpio explicabile: quædam id pertinaciter adherens, quod genus Duracinum appellatur. Figurâ quoque differunt: nam quædam orbiculata, rimula quadam in latere: quædam in rotunditate oblonga, quod genus Carista cognoscitur.

Tom. 1.

minatur: Colore alia candicant: alia modico rubore aspersa sunt, præcipue quæ Solè spectant, & intus in ossis contactu: alia Buxea ex toto, quæ à Cotoncis cognominata omnium tardissime maturantur: quædam enim præcoeia sunt, insita super Amygdalam, Nuciperfica vocant, nucleo etiã grato. Aliud est genus Persicorum quod recensuit Plin. inter Pruna: Græci quidam Rhodacena appellant, fortè à roseo floris colore.

Io. Agricola quoque ex iis est qui Pomum Persicum in sua terra lethale dicunt, quod aliò transplantatum admodum suaue & ventriculo gratum reddatur, licet succus eius valde corruptioni obnoxius sit, atque ob id initio mensæ expetendus.

Dod. qui Malum Persicam vocat eandem ferè de differentiis habet quæ Casalp. Persica (addit) nullam ferentia lanuginem, sed glabra, læuia, exterius interiore carne virentia, aliis duriora: nucleus Amygdalo persimilis, medium quoddam genus inter Persicum & Amygdalum videtur: vulgè Persenix, aut Persenax appellant: Latine id Nuciperficam sonat.

Camæ. Genuensia cæteris omnibus præfert, eosque taxat qui Perseam & Persicam malum confundunt. Sed specialius H. Lugd. illud docet his verbis Nicander aduersus Cerussæ venenum remedia docens Perseæ nuce pro Persicorum nucleis intelligere videtur: nam Dioscor. exhibet. (Quid si apud Diosc. legendum sit Nicander?) Paulus verò sicut & Nicander ad id laudat, ut ipse Nicander inter Persicam malum nihil discriminis nouisse videatur, & contra ipsum imprimis dictum esse credibile sit, quod Plinius dixit: Nicander in Theriacis dixit Phalangij genus Perseæ foliis innutriti. Scholiastes Soltratum citat, qui scribit, Perseam Rhodaceneam vocari, & ex Æthiopia in Ægyptum translata fuisse, ut iam aliquoties ex diuersis autoribus inculcatum. At Rhodacena nihil aliud est, quam Malus Persica & Rhodacena Persica mala.

Nicandri interpret, inquit Gorraeus, Nicandri versibus subiungit. Perseæ ossa, Persicorum ossa, siue nuclei euentem habent amaritudinem. Proinde calcantur & detergant. Est autem Persea arbor à Persea dicta. Ex quibus intelligitur Nicandri interpretem aperto errore Perseam & Malum Persicam eandem arborem putasse.

Scribit Rauuolffius ex relatu cuiusdam mercatoris Persæ, Persica Persianis nota esse, & nominari Hel, quæ ut quidam volunt, non ita venenata ut Perseæ fructus. Laudant enim nucleos pro antidoto venenorum. Quod autem parui fiant, accidit quia sibi persuadent Nimrodæ Persica mala sua magia ita intoxicasse, ut ab eo tempore non sint edendo.

Persica Malus Germ. Pfersichbaum, & Pfersingbaum. Fructus, Pfersing/ Pfersiken: & Silesius, Pfersken. Taber. quatuor differentias proponit. 1. Persica Mala, Pfersingbaum. 2. S. Johans Pfersing / Persica præcoicia. 3. Kotpfersing. Persica rubra. 4. Persica Cydoniata Quittenpersing. Totidem quoque figuras habet. Primi Persici colorem non tradit. Secundo tribuit colorem luteum, ac minorem dicit. Præcox sanè genus nondum vidimus luteum. Persica nouimus lutea, parua & magna. Sed nec quarto suo assignat colorem. Turn. Angl. Pechetree. Gerardus Anglus qui Taber. quatuor habet figuras sic distinguit & nominat. 1. Persica alba, The wyte peach. 2. Persica rubra, The red peach. 3. Persica præcoicia, The

O 3

Carista.
Candtha.
Rubenta.
Buxea.
Coronea.
Nuciperfica.
Rhodacena.

Persica Glabra.

Genuensia.

Nicander.

Rhodacena.
Rhodacena.

Persica Persianis nota nomine Hel.

Cur persica parui fiant persis.

Nomina linguarum cum differentijs.

Duracina.
Nuciperfica.
Antipersica.
Auer.
Persica Hungarica.

Rhodacinea.
Const. not.

Plin. not.

Differentia.
Casalp.

Duracinum

Orbiculata
Oblonga
qua Carista.

d'avant peach. 4. *Persica lutea*. The yellow peach. Belg. *Peersich / Peerse*. Gal. *Vn Peshier, pesche*. It. *Persico & Persiche*. Hisp. *Pexego, Durafno*. Castil. *Priseis*. Catel. *Presechs*. Portug. *Pessago*. Hung. *Bararksa*.

Restat ut nobis obseruatarum differentiarum lemmata subnectamus.

*Autoribus
obseruata
Persicorum
differentia.
Persica mi-
nima præ-
coc. alb. 1.*

Persica minima, magnitudinis paruorum Malorum Armeniacorum, alba, hirsuta, pulpâ albâ, adhærente ossi: matura Augusto in Alsatia, potissimum horto Nobilissimi Reguli Waldner à *Freudenstein*. Eadem nobis obseruata Lugduni matura sine Iulij, gustu sapida. Ossa sunt valde parua, oculata tamē. De his scripsisse videtur Cordus his verbis. *Persica minora ab Armeniacis differunt, nostratibus per omnia respondent, multò tamen minora sunt, ut ex nucibus astinare facile quis potest: quæ cum à vulgariis nucibus lignosa substantia, & scabro cauernofoque habitu nihil discrepent, duplo tamen aut triplo minores sunt paruis, & ex Asia venientibus Amygdalis. Saporem & qualitates vulgaribus easdem habent. Considerandum an sit id quod Ruell. vocat Præcox, Antepersicum, quod dicit gustu non discedere à vulgari: vulgò *Trecacimum*, & Gesn. in Catal. Præcocia seu præcoqua *Persica*, *περσικα πρæκοια, die früzeitigsten pferich: auant-peschés, pesches de Troye*. Malum præcoquum ex Persicorum genere, *πρæκοκκινον*: ab urbe Treceis, *Trecacimum*. An item Camerario *Persica pumila*, fructu præcoci, dulci admodum & paruo, apud Norimbergenses *Johannes Pfersich* / admodum suauis. Casp. Bauh. apud Matth. ait: Præcocia dici *Persica S. Iohannis parua*, instar Armeniacorum, eiusque ferè saporis. Nostra *Persica* non habent eum saporem, nec etiam qui de paruis Persicis scribunt, talem tradunt, quod adhuc obseruauerimus.*

*Præcox.
Antepersicum.
Trecacimum.*

*Præcoquum
Persica S.
Ioan.*

*C. Bauh.
not.*

*Persica parua
alba. 2.*

Aliud genus est carne facile separabili à nucleis parua, sapore commendabili. In ipsis ossibus quoque conspicua differentia, quæ non ita profundè, nec tam frequenter sulcata, sed frequentibus punctis & foraminulis referta. Ex pago *Valentini*, Comitatus Montbelg. matura Septembri.

*Persica mediocria
alba. 3.*

Persica mediocria, tunica vestiuntur ex luteo pallescete, carne alba, facile ab ossibus separabili, prædictis magnitudine superiora. Ex *Epamandoduro*.

*Persica alba
maxima 4.*

Est & alborum maximum genus, carne sapida, nucleis non multum adhærente. Habetur in horto Principis Iohannitarum in *Heiterschen Briccoia*.

*Persica lutea
mediocria. 5.*

Montbelgardi habentur *Persica mediocria* externè lutea, quibus pulpa firmissima facile abscedit ab ossè, saporis grati. Figurâ etiam nonnihil differunt à cæteris, nec ita rotunda sunt ut illa, præsertim mediocria alba. Profundiore adhæc sinu sulcata. Abundat hoc genus *Epamandoduri*. Habetur etiam in horto E. C. Montbelg.

*Persica maxima
lutea. 6.*

Ex flauis maximum genus habent *Basilienfes* & *Burgundi*, sapida & duriuscula pulpa, quæ facile recedit ab ossè. Ipsa saturâ flauedine & propemodum crocea, & magnitudine insigni, quæ coronæ ferè æquant, à cæteris flauis mediocribus facile discernuntur.

*Persica alba
mucosa
& succulenta. 7.*

Est & Persicorum genus quoddam aqueum & succulentum, & quod adaperitum & leuiter pressum facile in liquorem dissiluat, ex acido ac vinoso aliquid amaricatis habens, præsertim circa extrema. Pulpa mordicus ossibus adhæret, vnica notâ

non probatæ bonitatis. Horum alia mediocria sunt, aliâ paulò minora: *Basilienfes Wasserpersich / Varietate aquea Persica* vocant. Meminimus nobis alicubi *Sauwpfersich / Persica porcina* vocitata, quod plerumque suisbus proiici soleant. Non probantur hæc in cibis, & infimæ sortis hominibus, (ut fieri solet) relinquuntur. Prædicta omnia cute sunt tomentosa, quamvis alia minus.

PERSICA HISPANICA: MELOCOTONEA QVORVNDAM.

Melocotonem vocant quidam arborē, cuius flores & folia *Persicæ*, à qua tamen nonnihil differre videtur. Fructus autē maiores, tardius maturescentes, sed diuturniores, puluinato calyce foris rubente, atque ex vna parte maculis nigris notato: pulpâ intus Pomis, difficulter os deferente, quomodo nobis *Vesuntione missa* descriptio. Idem fructus nobis prouenit, pugno maior, sublongus, albidus, officulo in ipso Pomo sæpius dehiscente, in quibusdā etiam ita in frustula diffracto, ac si id malleo esset factum, quod aspectu mirabile, quomodo id euenerit, fructu nondum aperto: carne ipsa testaceo nucamento adhærescente, & purpurea atque sanguinea, eâ ipsa parte, quâ adhæret. Os ipsum compressius, quam cæterorum Persicorum, altera præsertim parte, adedque figurâ ipsa euarians, fragilius quoque, si integrum sit, nucleum continens qualem cæteri, iuxta quem viscosus quidam lentor interdum deprehenditur. Et hoc notabile quod aliquando obseruatur carnem circa pediculum ita abscedere, ut cum ipsi ossis substantiæ insertum, fructu etiam nondum aperto, contueri sit facile, ipsaque etiam animalcula infecta, per eam apertionem subeuntia, intus stabulentur. Caro firma & quæ dentibus trita, strepiter, sicut Pomorum, alba, & circa extrema subuiridis interdum, gustu suavis, sapida, vinosâ: cute dura villosa viridante, & altera parte purpurascete, & punctis suffuleis maculata.

Totius pomi figura sublonga, & quam reliquorum angulosior. Primum hæc nobis visa *Montbelgardi*, ex *Burgundia* missa ab amicis, nomine *Melocoton*: quæ in hortum E. C. plantata in arborem excreuit, quæ iam sæpius pulcherrima poma prorulit ipsi etiam Principi peculiariter expetita. Diutius incorrupta seruantur cæteris. Matura sunt Septembri.

An Gesnero *Cydonipersica* mala ex insitione nata: priscis incognita. *Montbelgardi* habentur quædam glabra parua, carne quoque nucleo adhærente quæ non admodum sapida. Fortè ad idem genus pertinent, quod antea succulentum appellauimus, nisi cutis læuor impediat.

Colmaria tandem obseruauimus *Persica magna* & speciosa, carne vsque aded rubra, ut *Carotarum* instar tingant, vnde arbusculas & nucléos importatos transplantauimus in hortum E. C. *Helicuria* etiam habentur in horto præfecti. Item *Massovij*: sed minora *Colmariensibus*, adhærescente pulpâ ossibus. Huius iconem ex *Camerario*, quam & ipse pro *Persica rubra* exhibet, desumpsimus, eamque quod pluribus (si arboris & florum speciem spectes) accommodari possit persicorum generibus, in principio huius capituli posuimus. In qua icone partes oēs affabrè expressæ sunt. Non sunt silentio prætereunda quæ faciem parentis succumque adoptionis exhibent, appellata ab utroque *Nucipersica*, quæ & *Martialis* (uti vult *Ruellius*) distycho superius adducto cõmentauit.

Namque

Descriptio nucipersica. Namque ut idem Ruell. tradit, Nucipersica arbor est humilis, præcocis Persici proceritate, folio Amygdalæ, sed maiori: flore puniceo.

Sapor. Pomum emicat viride, Carnosum, succulentum, nulla exterius lanugine pubescens, medio inter luglandem & Persicum malum sapore, dura intus & scabra nuce, in qua nucleus, qualis Amygdali, aut Persici Pomi. Maturefcit autumnu exitu, diutiusque Persicis ætatem prorogat, non tam celeriter marcescens, sed multò Nuce fugacius est.

Tempus. Iucundo placet sapore, leuiter amaro atque innocenti gustu.

Locus. Scatent hac arbore Galliarum plerique tractus, rura nostra Persiconucem, aut potiùs curtato nomine Pesconucem vocant. Ea soboles mediam inter vtrumque progenitorem naturam, ut spero, contraxit: attulitque insitionis, ut arbitror, diligentia, aut fatorum mistio nouum adulterij genus, ita ut ex Amygdalo seu Nuce Græca & Persico progenies inuisa prioribus seculis exoriretur, vtriusque parentis ingenium referens, & effigiem simul adoptans: hoc est Malum quod foris æmula facie Persicum pomum mentitur, intrus dulcem Amygdalam & facie & gustu repræsentat, ipsum rectè vterque parens Amygdalopersicum nominabit.

Amygdalopersicum. Recordamur nos aliquando hos fructus Auenioni in Gallia degustasse, videnturque ijdem esse fructus, quorum mentionem fecimus inter Persicorum differentias, nempe Matthiolo Nucipersica & Persica Amygdala, Anguil. *Persiche noci*, quæ vocantur ab Auerrhoc *Auripersica*: Cæsalp. *Nucipersica*: Dod. *Nucipersicum*, *Personaux* & *Persenoix*.

Nucipersica. Nos & aliam nouimus mediam inter Persicum & Amygdalum, fructu hirsuto, ab hac non parùm differentem, de qua post Amygdalum nomine Amygdalopersici.

Persica Amygdala. Porro quia prisca illi scriptores Columella, maximèque Palladius *Tuberes* multoties persicis annumerant, hisque nucleos tribuunt: verisimile est *Tuberes* esse de genere Persicorum. Hanc nostram coniecturam etiam magis firmant Ruellius & Dalechampius, viri doctissimi, & in naturalibus haud vulgariter versati: ille Nucipersica Gallis vulgò Pesconucem (*Pechenoix* vocari tradit: At hic etiam specialius apud Plin. lib. 15. c. 12. tradit *Tuberes* vulgò dici *Peschés noix*, ut quo commodiùs loco antiquorum *Tuberes* pertractentur, præ isto, non videamus. His alij viri doctissimi subscribunt, ut patebit, & res ipsa satis aperte declarabit: quamuis interim non nesciamus, quosdam aliter de ijs statuere, ut suis quibusque patebit locis. Aded verò ieiunè & breuiter de his agunt, cum iam citati Auctores tum etiam Plinius (ut in alijs multis, quorum negligentia in describendis stirpibus posteritatem in eas turbas & controuersias coniecit) ut nec quid velint ipsi clarè doceant, nec quid intelligere debeamus instruant nos. Videamus tamen paucis quid de ijs tractent, ne vel in hoc lectori curioso, porissimum herbariæ studiosis, quantum quidem in nobis est, defuisse videamur.

Prisicorum diligentia in describendis & designandis plerisque. Ergo *Tuber* priore correpta arboris genus est & fructus. Arboris vtiq; quoniam Colum. scribit: possunt etiam his diebus Cerasi, & *Tuberes*, & Armeniacæ, atque Amygdala, cæteraque arbores, quæ primæ florent, inferi commodè. Nota: quæ primæ florent dicit.

Tuber Arbor. Palladius quoque *Tuberes* feri præcipit & inferi, & (mox immèdiatè) addit, ossa duracinarum (quod persicorum genus esse ex præced. patet) vel

plantas eiusdem generis poni &c. Et alibi: Mense Septembri circa Cal. Oct. vel Februario *Tuberes* feremus sobole, vel nucleis. Rursus alibi: Ianuario *Tuberes* inferuntur Cydoneo: nunc locis temperatis persica ossa ponuntur. Vbi rursus notandum, inferi Cydoneo.

Inter differentias habuimus Melocotonea (quæ fortassis non incognita fuerunt Antiquis, ut Lacuna existimauit) ex insitione duracina & Cotonæ comparata. De ijsdem sic Plin. Aequè peregrina (ac Medica) sunt zizipha & *Tuberes*, quæ & ipsa non pridem venèrunt in Italiam, hæc ex Africa, illa ex Syria. Sext. Papinius, quem Consulem vidimus, primus vtraque attulit, Diui Aug. nouissimis temporibus, in castrorum aggeribus sata, baccis similia (de ziziphis, non *Tuberibus*, hoc audiendum Dal.) quàm Malis, sed aggeribus præcipuè decora, quoniam & in recta iam syluæ scandunt.

Tuberum differentia Sericum. *Locus.* *Tempus: Tuberes insitione effecta.* *Tuberum* duo genera eidem: candidum, & à colore Sericum dictum. Penè peregrina sunt in vno Italiæ agro Veronensi nascentia, quæ *Lanata* appellantur. Lanugo eâ obducit, Strutheis Persicifque plurima: his tamen peculiare nomen dedit, nulla alia commendatione insignibus. Ab Amygdala proximè florent Armeniaca dein *Tuberes*, & Præcoces: illè Pregrinè, hæc coactè, hoc est, (ut Dal. annotat) hominis industria & cultura effectæ. *Tuberes* meliùs inferuntur in Pruno syluestri, & Malo cotoneo, & in Calabrice: ea est spina syluestris.

H. Lugd. plinius inter Malorum genera, & *Tuberes*, vulgò peschenoix [Nucipersica] in agro Veronensi nascentia lanata [Mala] à lanugine obducente nuncupata numerat. Ait Nucipersica sunt glabra, quomodo igitur possunt dicit lanata Mala? Et alibi, *Tuberum*, inquit, quos Nucipersica vulgus appellat, duo genera cunctis ferè nota sunt: alterum etiam cum maturuit, ex albo subuirefcès, eodem in toto pomo colore: alterum, fructu rubro, vel qua parte Solem spectat, rubescente, altera subflauo, quem esse credunt suauioris & delicatioris gustus. Hoc videlicet esse putatur Sericum Plinij, vel ut Dal. apud eundem legere videtur Syricum, quamuis ipse Plin. suam lectionem abundè confirmet, quando ait à colore sic dictum, hoc nempe candido opponens. *Tuberis* huius meminit Petronius his lepidiſſimis versiculis:

*Infelix modò criminibus mtebas,
Phoebo pulchrior & sorore Phæbi.
At nunc leuior are, vel rotundo
Horti Tubere, quem rigauit vnda,
Ridentes fugis & times puellas.*

Tuber itaque in masc. genere à Petronio pro fructu huius arboris ponitur. Martial. lib. 13.

*Lectæ suburbanis, mittunt Apyrina ramis
Et Vernæ Tuberes, quid tibi cum Libycis?*

Vernæ, id est domi nostræ natæ. Et rursus idem, de arbore:

*Non tibi de Libycis Tuberes, & Apyrina ramis,
De Nomentanis, sed damus arboribus.*

Suet. in Domitiano cap. 16. Oblatos *Tuberes* feruari iussit in crastinum. Καρυοπερικον, id est Nucipersica Martiali atque Palladio, Constantino apud Theophrastum: nosque inquit, vocamus *Noix pesches*, quas arbores *Tuberes* à Plinio dici nonnulli arbitrantur. Dalech. fanè non semel *Tuberes* apud Plin. *Peschenoix* interpretatur, sicut dictum.

Gelnerus arborem peregrinam dicit, fortasse quia ipsi non erat cognita. At nimia profectò securitate МАТТН. cap. de Ziziphis negat Columellam scripsisse de *Tuberibus*, cuius locum pauldè antè citauimus: fortè Plinij imitatione i-

stud facere voluit, qui miratur, Persici Pomi mentionem à Catone non habitam.

Tuberis dif-
ferre à Ziz-
ipho.

Porro à Tuberibus diuersam Ziziphum esse, vel ipsa cultura vtrarumque diuerso loco & tempore à Palladio tradita videtur demonstrare. Ziziphi autem culturam, quæ est in Aprili c. 4. referemus in eius historia l. 6. sub titulo de Iuibis. Tuberum autem, quæ est in Septembri, eiusmodi est. Circa Cal. Octob. vel Februariò Tuberis feremus sobole, vel nucleis, cuius tenera diligenter nutriri debet infantia. Sumatur cum radicibus planta diuisa, bubulo fimo linatur ac luto, statuatur pingui terra & subacta, subditis conchis & marina Alga, terris magna sui parte condatur. Alij pomis statim grana decussa, & Sole siccata, pingui & propè cribata terra autumnò tria simul ponunt, quæ feruntur in vnum coire virgultum, quod assidua rigatione iuuandum est, atque fossura quæ solum leuiter scalpens tenacitudo robur inducat. Post annum deinde, vel aliquantò tardius, quæ fuerit de semine planta transfertur, & hoc genere fructus efficit dulciores. Mense Ian. ultimo vel Feb. Tuberum surculus mirabiliter proficit Cydonio insitus. Insuper autem Malis omnibus, & Piris, & Prunis: & Calabrici, melius trunco fisso, quàm cortice: desuper squalo, vel fictili vase munitur, repletis propè summitatem surculis terra subacta cum stercore. Profunt Tuberibus, quæ Malis prodesse memorauimus. Tuberis seruabuntur, si obruantur in Milio vel vceolis picatis & oblitis. *Sed ad Persica reuertamur.*

Tuberum
factio & cul-
tura.

Inferio
berum.

Repositio.

Persicorum
locus in
genere.

Persica qualibuscunque locis proueniunt, vt tradit Palladius: sed & Pomis & frondibus & durabilitate præcipua sunt, si cælum calidum, solum arenosum & humidum fortiuntur. Frigidis verò & maximè ventosis, nisi obiectu aliquo defendantur, intereunt. Plin. Romanâ grauitate: quid attingit, inquit, in Pontum abire? Iuxta Romam ipsam Persica agrè proueniunt in Tusculano. Item, Peregrinæ & Cerasi, Persicæque, & omnes, quarum Græca nomina aut aliena. Scatent sanè Persicis tam Germaniæ quàm Galliæ, etiàmque loci paullo magis frigidiusculi. In Angliâ verò in magnas arbores non excrescunt, teste Turnero. In Italia vbi que copiosæ, sed in Apulia (regione calidissima) copiosissima proueniunt, teste Matth. Et Porta Neapolitanus, Persica, inquit, tam apud nos fecunda sunt, & læta prosiliunt, vt potius Persæ à nobis petiisse, quàm ad nos misisse videantur. Ex quo patet, calidis regionibus hanc arborem non minus latam, quàm paullo frigidioribus spectari. In Germaniâ & Galliâ sanè, etiàm paullo frigidioribus locis, vt hortis ac vineis, vel planis, vel in collem elatis, passim videas, diuersi generis, vt ferè nulla hodie apud nos vinea conspiciatur, quæ ea careat. In monte Pannoniæ & Eysenberg diuersi generis quoque, præstantissima, maximæque arbores, autore Clusio. Nos quoque aliquot differentias colimus in E. C. orto Montb. sed facillè apud nos gelu conficiuntur, & difficulter in magnas arbores adolescunt, ob frigiditatem loci.

Tempus.

Florent paulò post erumpentibus foliis, Martio, Aprili, tardius aut citius pro natura loci. Fructus magna ex parte Septembri perficitur: Basilea tamen vbi magnus diuersorum generum prouentus, etiàm Augusto matura habentur. Præcocia passim Augusto maturantur, & in calidis regionibus etiàm citius, vt Montpelij.

Satio.

Persica ante brumam per autumnum feri iubet Columella. Nouembri mense, autore Palladio, locis calidis, cæteris verò Ianuario Persici ossa in

pastinatis arcis sunt ponenda. Sed ossa ponantur acumine deorsum verso, & non amplius, quàm duobus aut tribus digitis obruantur. Ossa verò, quæ ponenda sunt, aliqui siccata prius paucis diebus cineris mistione terra soluta reseruant, alij sine vlla cura.

Dum tenera sunt germina, sæpè herbis circumfossa liberentur. Bimam plantam rectè transferemus scrobe breui. Nec à se longè statuendæ sunt, vt inuicem se à calore Solis excusent. Ablaqueandæ sunt per autumnum, & suis stercoreandæ folijs. Putanda Persicus in autumnò est, vt arida & putrida tantum virgulta tollantur. Nam si quid viride reseceimus, arefcit. Languenti arbori veteris vini fæces aquæ mistas oportet infundas. Si arbor ardore Solis siccata contabescat, frequenter aggestione cumuletur. Vespertino iuuetur humore: obiectis defendatur vmbraculis. Iuuat in ea & spoliū serpentis appendi. Contra pruinas sterco ingeratur Persico, vel fæces vini, cum aqua permixta, vel, quod magis prodest, aqua in qua faba decocta est. Si vermes arborem infestent, eos cinis amurcæ mistus extinguit, vel bouis vrina, cum aceti tertia parte confusa. Si poma caduca sunt, nudatæ radici eius, vel trunco Lentisci, aut Terebinthi cuneus affigitur, vel terebratæ in medio, palus Salicis imprimetur.

Si Poma rugosa creabit aut putrida, circa imum truncum cortex recidatur, & cum inde modicus humor effluerit, argillâ, vel paleato luto plaga retegatur.

Magna Poma Persicus affert, si florenti, per tri-duum ternos sextarios caprini lactis ingereris.

Contra vitia Persici proficit Spartum ligatum, vel sparte suspensa de ramis.

Mense Ianuario vel Februariò, locis frigidis, Nouembri calidis Persicus inferatur, maximè circa terram surculis plenioribus, & propè arborem natis: nam cacumina vel non tenebunt, vel diu durare non poterunt. Inferitur in se, in Amygdalo, in pruno: sed Armenia vel præcoqua, Prunis, Duracina Amygdalis, melius adhærescunt, & tempus ætatis acquirunt.

Mense Aprili vel Maio locis calidis; in Italia verò vtroque exeunte, vel Iunio Persicus inoculari potest (quod Emplastrari dicitur) præciso superius trunco, & emplastratis pluribus gemmis.

Persicus rubescit, si platano inserta figatur. Arbor etiàm in herbam inferitur, teste Costæo, vt Persicus in Brassicam, quam rationem inferendi (inquit) ætas nostra inuenit. Nostra sanè ætate incognita videtur, aut saltem non in vsu. Nam de ea nihil Herbarij nostri. Et difficilis videtur apprehensio arboris in herbam. Experiantur curiosi.

Adfirmantibus Græcis Persicus scripta nascitur, si ossa eius obruas, & post dies septem, vbi patet fieri cœperint, apertis his nucleos tollas, & his cinnabari quod libebit inscribas. Mox ligatos simul cum suis ossibus obruas diligentius adherentes. Inscripta Persica nasci putat Democritus, si exeso corpore internum os tridui madescat in aqua, dein aperto sensim ligno, nucleus intus inuentus cortice tenui æneo stylo non altè, quibus placebit literis, exaretur: dein papyro vel charta inuolutus, commissis carinis seratur: quod enim in eo Amygdalo depinxeris, hoc enatum inde pomum representabit.

Rubra nascuntur Persica, eodem tradente, si Rosas sub arbore conseras. Altera ratione rubra creari promittit, si post septem dies, quàm patet fieri cœperunt, (nam spontè totidem ferè diebus

Cultura.

Contra prui-
nas.
Aduersus
vermes.

Ne caduca
fiat poma.

Ne Persica
rugosa fiat
aut putri-
da.

Vt Persica
nascantur
magna.
Contra vi-
tia.
Inferio

Inferio

Vt Persicus
rubescat.

Vt inscri-
pta nascan-
tur.

Vt Persica
nascantur
rubra
Alim mo-
dis.

bus aperta fatiscunt) in ossium internos ventris sinus cinnabarin infundas, mox vt cohæreant, strictim obligata simul cum suis nucibus adobruas: Sic rubra daturas arbores persica. Si alium quemuis instilles colorem, in talem enatam progeniem degeneraturam. persica sine ossibus nasci tradit Africanus, si in perforatum truncum extrusa medulla, Salicis vel Corni palum adegeris. persici poma & hac arte sine suis ossibus nasci volunt, qui sese afferunt expertos. Brachij crassitudine ramum Salicis solidum, longum cubitis duobus iubent perforari in medio: plantam persici ramis omnibus spoliatam solo capite relicto, per impressum foramen induci loco in quo consistit. Tunc eundem salicis ramum Capite utroque demerso in arcus similitudinem incuruari, foramen luto, musco, vinculisque astringi: anno deinde exacto, vbi infra medullam, Salicis caput plantulae sic cohæserit, vt vnitas ex duobus mista corporibus contrahatur, plantam subter incidi atque transferri, terramque aggerari, quæ Salicis arcum cum persici cacumine possit operire: sed hoc locis humidis vel riguis conuenire. Salices aquationibus iuandas, vt tigni naturâ vigeat, quæ humore delectatur, & copiam succi germinibus ministret alienis. Sed satis de Mangonio. Quomodo Duracina & Tuberes inferantur, supra dictum. De persicorum insitione sic canit palladius:

*Ipsa suos onerat meliori germine ramos
Persicus, & Pruno scit sociare genus.
Imponitque leues in stipite phyllidis umbras,
Et tali discit fortior esse gradu.*

Repositio
& adserua-
tio.

Difficiliter adseruantur persica, quia non aliud pomum fugacius, vt plinius ait: Duracina tamen palladio seruantur, condita muria & oximelle, vel detractis ossibus ficorum more in Sole siccantur, ac pendent. Idem sapè se vidisse testatur, detractis ossibus Duracina melle condiri, & saporis esse iucundi. Item benè seruantur, si umbilicum pomi gutta picis calentis oppleueris, vt sic sapè innatare cogantur, vase concluso. Tuberes seruabuntur, si obruantur in milio, vel vrcolis picatis & oblitis, quemadmodum & in superioribus docuimus.

Conditura.

Tuberes.

Vires & v-
sus.

Stomachus.

persica mala secundo excessu refrigerant & humectant, nonnullis tertio, alijs etiam quarto: vt Curtius scribit, quamuis auctores non citet. Verum in secundo Galenus & sequaces sentiunt. Dioscor. persica Mala ventriculo vtilia sunt, & alium quoque bonam præstant, si matura fuerint. Immatura verò eandem cohibent, sed siccata vehementius. Sumptum eorundem siccorum decoctum, in stomachum ventremque decumbentes fluxiones sistit. Galenus verò tradit arborem ipsam in germinibus & folijs vincentem habere amaram qualitatem, ideoque folia eius trita, & umbilico imposta lumbricos necare, & alioqui sanè etiam discutiens medicamen esse. Fructum eius esculentum, ipsum videl. persicum, humidius esse & frigidius temperie. Idem alibi scribit, pomorum persicorum succum, & veluti carnem facile corrumpi, omninoque noxam inferre. Quamobrem non post alios cibos, vltimamque, vt nonnulli solent, illa offerri oportere, quòd in summo nantia corrumpantur. Hoc verò quod omnibus commune est, memoria tenendum, quæcunque vitiosi succi, humidamque & lubrica sunt, facileque descendunt ac secedunt, antè alios cibos assumenda esse. Ita enim fit vt & ipsa citius subducantur, & alijs præcundo ipsis quasi viam inueniant.

Lumbrici.

Fructus.

Ante alios
cibos com-
edenda.

Quod si verò postremo sumantur, vnà secum alia quoque corruptioni reddunt obnoxia.

Valerianus de iisdem persicis sic scribit. persicum in cibo est quidè stomacho inutile, eò quòd succus eius citò marcescit, & caro æquè per concoctionem vitiatur, verum minimè graue, dummodò non diu in intestinis moretur, & ad ima semper exitu celeri festinet. persica in cibo negant medici membra nutrire. Folia persicorum licca & in puluerem trita, recentes plagas vulnerum cruentorum claudunt. Gummi seu gutta, quam persicorum truncus illacrymat, fluenti aluo medetur: eadem mixta cum vino, etiam in vesica lapillos frangit; (vt ille ait) Trita cum aceto impetigines reprimit: decocta cum croco tumores faucium mitigat. Asperum arteriæ canalem læuiorem facit. Excreantibus sanguinem miro modo subuenit. Thoracis obstructos sinus refert, vitia pulmonis expurgat.

plinius præclarius sentire videtur de persicis, quàm Gal. & Valerianus. Is enim postquam dixerat: pruna alium mollire, stomacho verò vtilissima esse, sed breui momento: mox subdit: Vtiliora persica, succusque eorum etiamnum in vino aut in aceto expressus. Nec est alius eis pomis innocentioribus. Nusquam minus odoris, succi plus, qui tamen sitim stimulet. Folia eius trita illita, hæmorrhagiam sistunt. Nuclei in aceto & oleo capitis doloribus illinuntur.

plinio verò refragari Galenum ex supra citatis eius verbis liquet: nimirum persicorum omne genus damnauit vt prauis succi, & quæ facile corrumpantur, ac noxam ventriculo inferant. Quare mirari subit, ex quorum scriptis deprompserit plinius, quòd innocua expectantur ægris. Nisi fortasse & ipse pro persico persicam deceptus acceperit, vt suspicatur Matth. quemad. & recentiorum nonnulli fecere. Quamquam, quòd apud Diosc. dicitur de persica, fructum cibo idoneum & stomacho vtilem, ab eodem etiam Diosc. dicitur de persicis. Nos tamen plus tribuimus sententiæ Galeni ac pauli ei subscribenti, quàm Diosc. & plinij, hac quidem in re.

porrò tam Diosc. quàm paulus pro remedio aduersus Cerussam præscribunt ossa persicorum, si rectè legatur in codicibus Dioscoridis, qui habent *περσικῶν τὰ ὄστᾶ*: fortassè melius *περσικῶν* legas. paulus & Nicander habent *περσικῆς κάρυα*.

Diphilus Siphnius (vt refert Athen.) libro de iis quæ vescenda benè valentibus & ægris dantur, ita scribit: Quæ persica mala vulgò nuncupantur, & à quibusdam persica pruna, succi sunt mediocriter boni, & plus nutriunt quàm mala.

Philotimus libro de alimentis scribit, persici mali nucleum pinguiorem esse, laxiorem, rufum olei multum reddere, raucedinem, stertoremque excitare: Deuocata nimirum pituita è Cerebro, exasperatisque amarore suo faucibus, vt Dalanotat. Oleum nucleorum persicorum confert dolori aurium frigido, & morbillis si illinatur. Folia trita etiam cum floribus, & expressorum succus haustus ascarides expellit purgando. Eodem succo si linatur pecten scærorem emendat. Succus foliorum instillatus in aurem vermes enecat: ex Serapione.

Auicenna. Persica sunt frigida in fine secundi gradus, humida in primo. Leniunt, sed cum aliqua adstrictione. Siccata magis adstringunt, & alium cohibent, quemad. & immatura. Oleum nucleorum ait conferre hemicranee, & doloribus aurium tam calidis, quàm frigidis. Matura bona esse stomacho, & excitare appetitum, modò non post alium cibum comedantur. Siccata tardius concoqui, minusque boni esse nutrimenti, quam-

Folia.

Vulnera.

Gummi.

Alui fluxus.

Calculus.

Impetigo.

Tumor faucium.

Asperitas faucium.

Sputum sanguinis.

Vitia Pulmonis.

Capitis dolor.

Diosc. & Plinio, Gal. contrariatur.

uis plurimi. Ut matura leniant aluum, ita immatura restringere. Addit, ex quorundam sententia, excitare libidinem, sibi autem videri illud verum tantum in corporibus siccis & calidis. An potius ob flatu, quos ingerant.

Simeon Sethi testatur, Persica quosdam in tertio ordine refrigerantium humectantiumque posuisse: alios in primo, alios in secundo, quod exactius factum dicit. In ceteris eadem penè quæ Gal. dicit, & addit: eos qui crebrius ijs ad satietatem vtuntur, febre corripit, nempe quod celeriter in ventriculo concoquantur. Lædere & nervos proprietate quadam. Suadet itaque vt & ante cibum sumantur, & insuper meracum superbibatur. Rhodacina cibi appetentiam excitare, prodesse ventriculo inflammato, & genitali semini adijcere: sanguini tamen seroso quid putredini obnoxium preparare, sepiusque post vnum vel alterum mensem ob putredinem febres gignere, non quales sunt ex ijs, quæ Armeniaca dicuntur: illa etenim breuiores, & quæ facillè soluantur, febres facere: hæc verò longiores, & quæ difficulter soluantur. Illud etiam obseruare præcipit, ne super hæc aqua bibatur, vel cibaria acida superingerantur.

Paulus Duracina & Armeniaca, quemadmodum & præcocia meliora dicit persicis. Neque enim acescere, neque similiter corrumpi: sunt autem & iucunda. E Contra Eluchastes, persica inquit, (Persicis) meliora sunt Armeniacis (Malestin) quia non ita facillè corrumpuntur: crassiorum etiam sunt partium, tardiùs febrem generant, fortè intra mensem aut duos: odoratiora sunt & ventriculo gratiora quàm Armeniaca, eis alioqui familia: meliora quæ facillè ab ossiculis separantur, faciliùs concoquantur: conferunt iuuenibus, calidis, & subtilem naturam habentibus, & in febribus ardentibus.

Arnoldus scribit, quemdam diu laborasse dolore frontis vehementi quotidie ad vesperam, frustra varijs vsu remedij, tandem illum & alios multos curatos cataplasmate ex nucleis persicorum optimè tritorum.

Virtembergicus quoque Cento Medicus eodem varijs modis adhibitos commendat in doloribus capitis, vt contusos cum telis araneorum & oleo rosaceo.

Auicenna in quartana permittit persica: meliùs fuerit, ex sententiâ Hollerij, uti conditis. Coquantur si recentia sint, nec condita, & saccharum inspergitur: ita prodesse possunt nec nocent. Vino quoque contra errorem mulierum persica infundi possunt.

Persici flores recentes autore Matthiolo esu aluum deijciunt, itemque vomitiones cient. Hydropticorum aquas pellunt, si recentes in acetarijs edantur, sed non absque ægrotantium labore. Arboris lachryma datur ex aqua plantaginis, aut portulacæ succo vtiliter ad cruentas deiectiones: tussientibus verò & anhelosis, ex mulsâ, aut tussilaginis decocto, addito croci momento.

Datur calculosis cum succo raphani, aut Limonum, ex vino duarum drach. pondere. Nuclej tormina ventris tollunt, si deuorentur: quinetiam potantes inebriari prohibent, si seni septeniùe præsumantur. Tunduntur iidem & decoquantur in aceto, quousque liquecant, pulticula modo, ad alopeciam: namque illiti mirum in modum capillos replicant. Oleum contusorum forinnum conciliat cum aqua Verbenacæ, & fricti atque temporibus illitum dolores capitis ipsamque aded heinricaneam sedat, id quod & cremor facit. Idem oleum tam potum, quam Clysteribus

infusum Coli dolores à flatu genitos, ac etiam à facibus exicatis, perbellè mulcet: datur pariter potandum Iliacis & Calculosis quatuor vnciarum pondere. Atque maximè calculosis auxiliatur hoc modo: sumito nucleos ossium persicorum L. nucl. ossium ceraforum C. florum sambuci manipulum, vini Cretici lib. tres: excipiantur hæc omnia fictili nouo, & sepeliantur in fimo, diebus decem, deinde destilletur vitreis organis. Aqua quæ inde fluxerit, pota ante cibum, quatuor vnciarum pondere, mirum in modum renum calculos pellit. Contusa folia recentia illinuntur vtiliter ventri ex aceto, ad interaneorum vermes. Vlceri vermifoso canum injiciunt quidam succu foliorum Persici.

Nuclei persicorum autore Dodon. calidi sunt ac sicci, aperiunt & extergunt, aduersus lienis & hepatis obstructions conducunt: breuiter Amygdalis amaris facultate ac viribus similes.

A prandij initio memineris (inquit Gesn.) vt plurimum nucleos persicor. sex aut septem deuorare, nam & lumbricos eliminant, & aliàs viles sunt valetudini. Ebrietatem arcent præsumpti persicorum nuclej, sicut & foliorum expressus succus ieiuno assumptus cyathi mensura. Extrahitur verò ex his cum aqua pulegij succus lacti similis, quem in ore frequenter contineri Apoplecticis prodest, saliuam elicit, & linguam expedit: folia persica amara exalfaciunt quoque ac rescicant: viscerum obstructions aperiunt, ac purgandi potentiam obtinent, qua biliolos ac pituitosos humores per aluum detrahunt. Decoquantur in aqua, sero lactis aut vino diluto. Feruntur & flores saccharo potissimum conditi ad alui expurgationem quoque facere. Gummi temperamento mediocre est: sed substantia lentum & glutinosum, cuius beneficio tenuium humorum acrimoniam obtundit: phthysicis ac tussientibus in Eclegmate conducit, & ad omnes sanguinis excretiones, aliosque fluores accommodatur.

porro quæcunque supra ex Gal. & Simeone Sethi de noxa persicorum dicta sunt, ea Amatus de præmolibus intelligenda esse credit: secus enim ait esse de Duracinis, ex quibus optimus spirat odor, suauis, gratus, & spiritum recreans: nam eorum sapor delicatissimus est, cum quadam austeritate perceptibilis, qua mediante stomacho conducit, & ipsum roborat: quibus de causis post victum accipi possunt. Imò omnes principes Hispaniarum, & viri delicatissimi ea post victum comedunt, non nisi priùs vino infusa, & nullam inde noxiam euenire persentiant.

Brauaola sub cineribus coctum vnum vel alterum persicum ægrotantibus suis, quum eorum instat tempus, offert, maximè saccharo aspersa, quod à nullo alio nec Hispano, nec Gallo, nec Germano medico, cum quibus abundè versatus est, vquam id animaduertisse idem Amatus testatur. Cibum verò delicatissimum esse & ægris perquam gratum & iam ab alijs quoque medicis Hispanis, viris insignibus in vsu trahi cepisse.

Siccata persica vbique ferè adseruantur. Condita vt idem testatur nuspiam clariùs aut sapidiùs, quàm Genue parantur, quanquam & apud Ferrarienses non postremè notè concinnentur, quod conditum Abinzoar libro sui Theisir maximè laudasse videtur.

persica ad condituram laudatissima putantur præcocia & duracina. Ritè lecta manu, decorticataque tenuiter cum aqua & saccharo vel melle ad consuetudinem decoquantur syrupo debitam, vt supra in pomis & Cotoneis docuimus. Mirificè placent ægrotantibus, præsertim siti & lingue aridita-

Causus.

Persicorum
noxæ.Appeten-
tia.
Ventriculi
inflammatio.Causa
Delectum.Febres.
Observatio
Dolor Cap.

Quartana.

Persici flores
purgat.
Vomitionum.
Hydrops.Dysenteria.
Tussis.

Calculus.

Tormina.

Alopecia.

Hemicrania.

Colica.

Iliaca.
Calculus.

Aqua destillata.

Ad renum
Calculos.Nucleorum
temper.Obstru-
ctio
Lienis &

Hepatis.

Apoplexia.

Foliorum
temperamentum.

Purgans.

Flores conditi
Gummi temperamentum.

Phthisis.

Tussis.

Duracinorum
qualitas
& vsus.persica
condita.Siccata.
Persica
condita.Conditio
modus.
In quibus
morbis
conducant.

uitate vexatis, refrigerando corroborant, & in omnibus calidis morbis apprimè conducunt. Sed antequam coquas dissecanda & nux eximenda optimeque purganda.

Alnus mades.

Condies & sic, presertim rubra. Decorticata, vt prius, & concisa in ollam vitreatam pone & depuratum & sufficienter coctum mel affunde, vt supereminat, & adserua. Eadem ratione ex saccharo affuso syrupo parare possis. Si cui mellis sapor molestus, prius lauentur aqua fontana, antequam egro exhibeantur. Persica quæ condiuntur firmiter esse oportet, & paullo infra perfectam, maturitatem.

Conditum Mesua.

Mesues conditum ex persicis prescribit tale. Persicorum maturorum intus & foris purgatorum, & succi persicorum aliorum sume singul: lib. tres sacch. alb. lib. duas: tere persica in medullæ consistentiam coque cum syrupo, secundum artem. Posunt aspergi aromata, vt lignum aloës, santalum, cinnam. cubebæ, macis &c. sed sine aromatibus admodum salubre est, & expertum, nam ventriculi ardorem mitigando ipsum roborat, sitim extinguit, terrum oris halitum emendat: odore præterea cor ipsum spiritumque vitalem recreat, Persica aliqui in vino macerant, in frusta dissecata, atque decorticata, existimantes ita citius in venas deduci, minus afferre noxæ, ac sanguinem nihilominus refrigerare: simili ratione vtimur in cibis.

Ventriculi ardor. Sitis.

Oris sator.

Florum conditura. Vermes.

Flores quoque persicorum quemad. Rosarum flores, saccharo condiuntur, pueris res vtilissima aduersus vermes & omnes putredines, quominus illi generentur. Hac conserua manè potissimum ieiunis exhibenda. Ex iisdem acetarium cum sale, aceto, & oleo parabitur, quod erit palato gratissimum, aluum leuiter leniens, bis terque purgans.

Oleum vt fiat. Hamorrhoides.

Oleum ex nucleis expressione conficitur, vt oleum Amygdalarum. Ex quo Tabern. tale remedium parat non contemnendum ad tumores hemorroidum quos ficos & Mariscas appellant. Acc. Ol. nucleor. persicor. & Amygdal. amar. sing. vnc. j. styracis liquidæ, Bdellij, sing. drach. j. Mitce & locum illinc.

Aqua florum. Macula faciei.

Quæ ex floribus persicorum destillatur aqua, si eâ manè & vespere abluatur facies, maculas delet, eamque splendidam reddit. autor Rôls. in secretis.

Syrupus è floribus Persic. Purgat.

Sed & syrupus è floribus persicorum à posteris inuentus hodie in benè institutis pharmacopolijs paratur, ad plures prædictorū effectū aptissimus. Purgat n. trium vnciarum dosi, putredines arcet, offarctus liberat diuturnus eius vsus, & in primis vermes enecat ac exterminat. Paratur infusione multiplici, vt syrupus infusionis Rosarum.

Syrup. ex ipsorum Persicorum succo.

Fontanonus ex ipsis persicis expressis ingeniosè satis parauit hunc syrupum. Acc. succi persicorum non absolutè maturorum, lib. duas, coque ad dimidias, sine vt scæces subsideant. Colato adde succi Malorum Granatorum vnc. iij. sacch. q. s. coque in syrupum & clarificetur suff. quantitate santali citrini. Hunc industrius medicus probè accommodare nouerit in rem presertim.

Vsu officium Persicorum.

Nec sua quoque vtilitate carent ipsa nucamenta ossæ. Nam, vt nobis pro certo asseruit industrius & ingeniosus Ill. ducis Wirtemberg. Architectus Hen. Schickart, ex ijs in carbonem redactis lautissimum & præstantissimum paratur atramentum pro impressione figurarum èr insculptarum.

Vsu ligni.

Iam supra diximus, ligni materiem præ alijs ad tornum ab artificibus probari.

DE ARMENIACIS, SEV MALIS PRÆCOQIBVS PRISCORVM.

CAP. II.

Armeniaca Mala minima.

Descriptio



MAGNA est Arbor, quæ Armeniaca dicta Mala fert, persicæ aliquatenus affinis, cortice nigriore, caudice crassiore, firmo, ramis magis patulis brachiata. Folia habet persicæ folijs latiora, breuiora, ad Populnea aut Betulacea quodammodo accedentia, rubedine subinde secundum nervos respersa, acuminata, denticulata, & pinnulis subinde ad pediculum auriculara, sapore acidulo. Flores ex roseo rubore pallent, Persicæ floribus persimiles: Fructus verò præcior: citius maturatur, prunoæqualis, intus forisque luteus, carne solidiore siccioreque quam persica, nec non magis sapida, (quamuis aliqui diuersum statuere videantur) gustu vinoso, quæ ab officulo facillè abscedit, non ita rugosè vt persicorum, compresso modicè, vt nihilominus vtrinque protuberet, nucleum claudente ad officuli proportionem, sed minùs longum, quam persicis, & pro proportione crassiore, sapore minùs amaro, quam illius, & nonnihil ad Amygdala accedente non sine impressione aromatica. Est nobis inter naturalia nostra geminum officulum indissolubili coalitu monstrosum.

Folia.

Flores.

Fructus.

Officulum.

Officulum geminum.

Armeniaca Mala maiora.



ARMENTIA- Descriptio
ACA maiora maiorum
cognominantur, quæ paulò minor Persicis, saltem vt plurimum, impressa lacuna, fulcata, altera parte nonnihil interdum rubentia & maculosa, altera ex luteo pallida, carne tenera, sed callosiore quam Armeniacis minoribus, dulciore, grata, odorata, quæ officulum facillè relinquit, Amygdalino æquale, latius, læuius, compressum, ab vno latere cristatum, fractu haudquaquam facile.

compresso, ab vno latere cristatum, fractu haudquaquam facile.

Schvvenckf. scribit in Silesia dici: Klein Morel-
len. Hort. Lusat. The lesser. Aprecocke tree / alijs
πρακτικον aut βερνικον Gerardo. Armeniaca ma-
iorem: **Groß Marillen/ Groß Malleyten / perfi-**
ca præcocia, Sommerpersfena/ Goldpersfing/
Malisen/ de genere sunt persicorum Schvvenckf.
The gwater Aprecocketree Gerardo. Hungar.
Tongjori barack / h. e. Marinum persicum. Sed
differentiæ satis explicatæ in superioribus. Li-
guarum dialecti, ita nominum multitudinem
inuenerunt, quas placuit in Nationum gratiam
hic assignare.

Locus.

Coluntur in viridarijs & hortis Italiae & Gal-
liae. Minora etiam in Germania haud infrequen-
tia sunt, sed maiora multo rariora. Scribit tamen
Turn. se multas huius generis arbores in Germa-
nia vidisse: aliquas etiam in Anglia. Maiora in
Hetruria cum ipsis etiam persicis magnitudine
certant teste Matth. Eadem Lutetia abundant,
vbi magna arbores: item Argentinae. Minora
frequentia sunt Basileæ. Apud nos Montbelgardi
vtrumque genus vix immune, quin singulis ferè
annis aliquid patitur, præsertim maius cuius
summitates vtpurimum gelu marcescunt, & in-
fructifera redduntur. Tam minora, quam maio-
ra habentur in Alsatia, sed hæc in hortis pauco-
rum nobilium.

Tempus.

Montpelij Martio florescentes vidimus cum fru-
ctu satis iam magno, Basileæ fructus maturefcit
Iunij principio aliquando etiam Iulio, præser-
tim maiorum, vt Geneuæ & Lugduni. In Hispa-
nia matura Maio: autore Lacuna. Vidimus et-
iam Romæ Maio, optima & sapidissima.

Inferio.

Albercoc-
col.
Albergesi.

Inferuntur optimè in prunum. *Albercoccol* Ita-
lis dicta, quorum fructus Armeniacis ferè similis,
& partim Persicis, non autem folijs. Autore
Aug. Gallo, inferuntur prunis & Malis Arme-
niacis. Fructus qui inde emergunt admodum
delicati sunt dicti *Albergesi*: qui licet possint in-
feri persicis & prunis, melius proueniunt ex ossi-
bus autumno plantatis potius quam vere.

Transferri etiam gaudent. Nam vti Gesner.
scribit, Persicus præcox vel Armenia cum femoris
crassitudine truncum haberet, effossa & translata
pulchrè creuit, & Vere floruit. De cultura plu-
ra habes capite præcedenti.

Vires & V-
sus.

Armeniaca autore Dioscor. stomacho vtiliora
sunt quam Persica. Galeno verò, fructus humi-
dus est, & frigidus, vtrumque in secundo excessu.
Sunt enim hæc quoque ex genere Persicorum,
bonitate tamen nonnihil illa superantia. Neque
enim in ventriculo, vt illa, corrumpuntur, neque
acescunt, vulgò autem suauiora apparent, vnde
etiam stomacho sunt gratiora: cætera enim illis
sunt similia. Præcocia tamen quæ vocant Arme-
niacis sunt præstantiora. Quidam recentiores
medici Dioscoridis & Galeni dictæ sententiæ re-
fragantur, & ea magis quam persica in stomacho
corrumpi putant, vt tradunt Matth. & Dalech.
quod nos vniuscuiusque experientiæ dijudican-
dum relinquimus.

Oleum è nu-
cleis.

Hæmorrhoi-
des.
Vlcerum
tumor.
Aurium do-
lor.
Calculus.
Colica.

Oleum è nucleis Armeniacorum expressum,
mirificè valere tradunt inunctum ad inflamma-
tas hæmorrhoidas, & ad vlcerum tumores, ac lin-
guæ impedimenta, & pariter ad aurium dolores.
Item potum vnciarum quinque pondere, cum vi-
ni Cretici vncia, calculos pellit, & colicos iu-
uat. Reliqua vide in viribus Persi-
corum.

MVNIACVS ARBOR.

MVniacus arbor quædam (inquit Petr.
Cresc. l. 5. agricultura) similis ferè pru-
no, verum magis nodosa, cuiusque fructus est
magnitudinis communium prunorum, similis
fructuum Persicorum in forma, valde tamen odo-
riferum, & in colore aureum eius pomum: aërem
& terram desiderat, vt prunus, solum tamen so-
lum desiderat, non argillam, vel cretam. Scri-
tur semine, mensè Februario, & Martio: trans-
plantatur in se verò, pruno & persico, & forsitan
Amygdalo potest inferi. Circumfodi debet as-
siduè, & siccis temporibus irrigari, atque putrida
& arida in ea recidi, atque vt prunus formari.
Minus sunt humida poma eius quam persica, aut
pruna, magis tamen stomacho & cerebro confor-
tatiua, cum optimè matura existunt, quod eorum
color, sapor & odor apertè demonstrat.

Nos solertissimis naturalium indagatoribus
considerandum relinquimus: An Armeniaca
Malus?

PERSEA.

C A P. III.



Persea arbor
est Piro simi-
lis, in latum dif-
fusa, perpetua-
que Coma virens,
ramulis ex viridi
palescētibus. Fo-
lia Lauri latifoliae
habet, parte su-
perna uirentia,
inferiore verò ci-
nerici coloris, fir-
ma, neruis ali-
quot per obliquū
discurrentibus, o-
dore & sapore cō-
mendata, cum
adstrictione lin-
guam mordican-
tia. Flos Lauri
ferè copiosus, ra-
cematum compa-

Muniacum
arbor
Pruno si-
milis.

Persica.

Satio.

Inferio.

Descript.

Folia.

Sapor.

Flos.

Fructus
Pruni et
Piri facie.

Nucleus
cordis effi-
gie.

Synonyma
autorumque
placita.

Piro simi-
lis.
Fructus.

Amygdali
specie.
Nux Pru-
ni.

Radix.

Lignum.

ctus, pallidus, sex foliolis constans. Fructus per
initia pruno similis: deinde successu temporis pi-
ri in modum oblongus, nigro colore, iucundò-
que sapore: nucleum cordis effigie continet, gustu
Castaneæ aut dulci Amygdalæ haud absumili.
Clus.

De Persia Theoph. in quarto hist. sic scribit. Ar-
bor est in Aegypto Persea dicta, aspectu procerâ
pulchrâque: folijs floribus & ramis totâque ad e-
dem figura Piro similis, nisi quod altera perpetuo, (nè-
pe Persea) altera deciduo sit foliò. Fructus co-
piosos profert, omnique tempore maturum edit,
nouo semper veteri subnascente. Maturat per-
fectè sub Etesiarum flatum: reliquum crudiorum
tollunt & reponunt. Est magnitudine Piri, figu-
ra oblongus, Amygdali specie, colore herbidus,
nucem intus quemadmodum Pruni continens,
sed multò minorè mollioremq. Caro ei dulcis ad-
modum & iucunda, & concoctu facilis. Nihil e-
nim molestiarum affert iis, qui multum comede-
runt. Arbor ipsa radicum tum longitudine, tum

crassitudine, tum etiam multitudine firmitateque excellit. Materie est robusta, aspectu elegans, Loti modo nigra, ex qua simulachra, grabata & mensulas conticiunt. Hæc arbor in Aegypto & locis proximis fructifera, in Rhodo ad florē durat peruenit. Et si per loca ita procedas, fructificare quidem eam comperies, sed parcissimè: nec enim alibi quàm in Aegypto largum suauemque fructum producit.

Locus.

Persea. Phalagium Cranocolaprium. Quibusdam letalis.

Nicander explicatur.

Περσεία Diosc. arbor est in Aegypto fructum ferens cibo idoneum, in quo phalangia *Cranocolapta* nomine reperiuntur, præsertim verò in Thebaide. Hanc arborem prodidère nonnulli in Perside quidem exitiosam esse: translata verò in Aegyptum, natura mutata cibo idoneum fructum protulisse. Quod de phalagio cranocolapto ait, hoc ante eum tradidit Nicander in Theriacis, qui ait papilioni simile esse, & in persea inueniri. *Περσεία* Aristot. lib. de coelo, ubi ait, *ἐμπλοκοὶ ἢ φοιτικὸς τὸ Περσεία, συνκαί- πει, &c. ῥοδωκενέα*. Suidæ Rob. Const. qui & *Περσεία* & *Περσείαν* scribit: *Περσεία* & *τὸ Περσείον* Athenæo diuersis locis: ac utrobique annotat Dalech. perseam hanc arborem intelligi, vt ex textu ipso fit verisimile.

Inter Diosc. supposititia nomina que apud Marcellum habentur, legitur, perseam pariter Græcis perseam siue persicam dici.

De eadem locutus est Strabo Geographicæ ultimo, Perseæ perpetuam comam tribuens, & fructum riri magnitudine, figura oblonga, Amygdalæ modo putamine inclusum & corio.

Persea.

Strabo commend.

Persea.

Persea.

Persea.

De eadem intelligendus idem autor, quando eodem libro scribit: persicum & in India & in Æthiopia solum nasci, arborem magnam, fructu dulci & grandi. De persea inquam hoc audiendum, non de Persico, vt nobis quidem videtur: quamuis in uulgato nostro legatur Persicus. Legitur & *Περσεία* & *Περσεία* apud Theoph. *Περσεία* verò apud Nicand. in Alexiph. ubi Perseæ os vocat *κάρυον*, hoc est nucem. Videtur (inquit Dalech) Nicander aduersus cerusæ venenum remedia docens Perseæ nuces pro Persicorum nucleis intelligere. Sic & Diosc. contra cerussam *Περσικὰ ὄσπρια* exhibet. (nisi fortè legendum sit *Περσείων*, vt iam alibi monuimus.) Paulus tamen, sicut hîc Nicander, *Περσείης κάρυα* ad id laudat. Videamus nunc quid de Persea tradat plinius. Aegyptus, inquit, & Persicam (Perseam Theoph.) arborem sui generis habet, similem riro, folia retinentem. Fertilitas assidua ei, subnascente crastino fructu. Maturitas Etæsiarum afflatu. pomum longius riro, inclusum Amygdalæ putamine, & corio colore herbido: sed ubi nux illi, huic pomum differens breuitate ac mollitie: & quamuis blandiatur prædulcis suauitas, innocuum. Materies bonitate, firmitudine, nigritia quoque nihil differens à Lotro. Simulacra ex ea factitauerè, non eadem gratia, quàm fideli materie, vt ex arbore quam Balanum appellauimus, magna ex parte contorta. Noualis itaque tantum est. Que posteriora plin. verba sic legenda censet Dalech. factitauerè. Non eadem gratia equè fideli materie ex arbore &c: contortæ. Et sanè videtur hæc lectio esse planior & plausibilior. Miram verò plinium de persica tradere quæ Theoph. de persea, ex quo tamen indubiè locum hanc transcripsit. Idem facit quoque alibi, quando ait: persicæ arbores in Rhodo florent tantum. Nam & hoc Theoph. de persea, vt patuit in præcedentibus. Verum quando idem plin. ait, ubi nux illi, huic pomum: videtur voluisse exprimere illa Theoph. verba: *ἔχει δ' ἑνὸς κάρυον ὡς περὶ τὸ κοκκίμηλον*. Nucem quemad. prunus, intus habet:

Fructus Piri.

Materies.

Plin. emēd.

Plin. reprob.

Nux.

Pruni.

Alij vertunt nucem Pruni magnitudine, vt annotat Dal. Alioqui quid sibi velit ijs verbis Plinius, haud ita clarum, vt alicui fortè videri possit.

Circumspectiùs idem plinius alio loco perseam diligentioribus dici ait, nisi ibidem quoque quædam diceret de persicis, quæ Theoph. de persea. In hunc enim modum tradit: persicæ arbores serò & cum difficultate transiere, vt quæ in Rhodo nihil ferant, quod primum ab Aegypto earum fuerat hospitium (hæc quoque Theoph. de persea.) Falsum est, venenata cum cruciatu in persis gigni, & pænarum causa à regibus translata in Aegyptum, terra mitigata. Id enim de persea diligentiores tradunt, quæ in totum alia est, Myxis rubentibus similis, nec extra Orientem nasci voluit. Eam quoque eruditiores negauerunt ex perside propter supplicia translata, sed à perseo Memphi satam. Et ob id Alexandrum illa coronari victores ibi instituisse, in honorem atavi sui. Semper autem folia habet & poma, subnascentibus aliis. Videtur autem hoc loco Nicandrum & Sofstratum falsitatis insimulare, qui istud prodiderunt, vt superiori capite monere coacti fuimus, quod plerique persicam cum persea confunderent. Eo itaque remittimus lectorem, ne eandem decies repetamus Cramben. Per diligentiores autem, plinium intelligere Theophrastum dubium non est.

Alius plin. error. Persica. Myxis similis. persea alia à persico.

A quo satam.

Nicander & Sofstrates uentur.

Porro Gal. quoque lib. 2. τὸν κατὰ τίαν, perseam à se visam in Alexandria solum, & in nulla Romanis subdita gente. Quidam, addit, persion illam vocant, aiuntque in persis lethalem eius fructum esse, qui in Aegyptiorum regione innocuus existat. Et alibi: de persio scribens, (postquam prius persici mentionem fecisset, vt constet etiam Galenum diuersas fecisse arbores) Vidi & hanc, (inquit) plantam in Alexandria, quæ & ipsa magna arbor existit. Narrant autem quidam fructum eius aded vitiosum in Persis esse, vt in cibo acceptus interficiat. In Aegyptum verò translatum, ad cibum idoneum factum esse, vt qui eodem modo velut Pira & Mala edatur, quorum etiam magnitudinem habet.

persea.

persion.

Venenata quibusdam.

Plutarcho persea arbor inter omnes Isidi gratissima est, & in Aegypto maximè celebrata, quia fructum fert cordi similem, folium verò lingua.

Cordis est figie fructus.

Auic. *Allabuch*. id est, Persea: dicunt quod est Al-fadar. Hermol. Perseam inquit arborem Æthiopia & Aegyptus habent solæ. Persicum Aegypti Plin. appellare quodam loco maluit: Fortasse hæc intelligit cum textilem persicam in Aegypto plurimam nemore Thebaico fuisse scribit. Quidam pro *Cuci* capiunt palmæ simili. De Cuci verò agemus l. 3. inter palmas, capite de Cuciophora Palma.

Allabuch.

Alfadar.

persea.

persicus. persica textilis.

Ruell. persea arbor sui generis Aegyptia, Straboni celebrata. Cornar. quoque agnoscit ex Plinij loco perseam à persica differentem. At Nicander (inquit) in Alexiph. perseam & Malum Persicam, pro eadem arbore accepisse videtur: & confirmat eius interpres, citato ad hoc Sofstrate, qui ipsi suffragetur, vt videri possunt plinij verba ad Nicandrum redarguendum pertinere. Nobis sanè Nicandri verba magis videntur demonstrare perseam Theoph. quàm persicam.

persea à persico diuersa.

Vtramque confundit Nic.

Cornar. per.

Tragus & Cordus apertè distinguunt: itemque Scaliger, qui in hæc verba prorumpit. Gal. in 2. *ἐστὶ τίαν* ita scriptum reliquit: ab sese visam Perseam in terris imperij Romani, præterquam Alexandria nullam. Quæ verba si habuissent in memoria spicileguli nostri, non animum induxissent disputare, & quærere, diuersisne locis eadem vena-

vena-

venata, & non venenata queat esse. Quo persuaderent nobis, Perseam dictam, cum esset Venenata, & Persicum, ubi non esset. Nam si Alexandrino in agro tantum vidit Perseam Galenus, quo tempore Persicus esset in Græcia & in Italia plurima: quid actum agant? vel Plinium legissent, qui aperto bello impugnat hanc inscitiam. Nam quod afferunt è Diosc. tam Perseam quam Persici fructum esse ventriculo commodum, tantum adest ut eorum foueat pertinaciam, ut ijs ipsam quoque subruat occasionem desipiendi: quando illi duas, non vnam esse vident arbores. Sed quid opus est verbis? Persea Piro similis: Persicus Amygdalo. Persea semperuirens, Persicus non. Persea *πράσαν ὄραν πεπαιγες*: Persicus autumno tantum. Persea Pomum oblongum: Persico rotundum. Illi color viridis: huic aureus aut flauus: Illi nucleus intus minor Pruno & mollior: huic maior, ac duritia penè inuicta. Illius materia valida: huius mollis, & nullius vsus. Illi nigra: huic vulgaris, ut alias multas differentias prætereamus.

Bellum verò subterfugium Agricolaë inquiētis: Perseam nemo mirabitur à nobis ignorari, qui apud Galen. legerit, nullibi sub Romanorum imperio eam arborem præterquam in Alexandria à se visam.

G. Scilerus medicus Augustanus, inquit Agricola, Persicum & Perseam eandem arborem adnitatebatur adstruere: postquam eandem sententiam adserere deprehendi Io. Rodericum Lusitanum, subscribere placet: Idem præterea existimat Columellam in hortulo de Persea scripsisse, verum nec hic in hortulo de Persea scripsit, nec ille cum suo Roderico rectè sentit.

Rectius Scaliger cum nondum sciret quid esset persea: Necessè est, ait, aliud esse perseam, quam nostratam persicam, contra Nouatorum temeritatem: nam & is aliquando dubitauerat an possit non esse diuersa. Postquam verò rationes, quas supra diximus inspexisset in sententiam abiit.

Gesner. in epist. ad Oeconem scribit nescire se quo nomine vernaculo Aegyptijs vocetur persea, audiuisse tamen *Amygdain* vocari.

Hadr. Jun. in emblematis ex Theoph. perseam descriptione (inquit) deprehendere licet persicam nostram persico esse congenerem, specie tamen dissidentem. Sed non placet idem perseam arboris figuram ponens quam qui videat, & perseam norit, aut descriptionem Veterum consideret ad libitum factam liberè dicat.

Sic & Porta Neapol. cum sua cordis signatura picturam nobis dat plantam nunquam visam: si rem ipsam nouisset, aut Veterum credidisset placitis, non tam ex figura aucupari tentasset naturalium vires, quam ipsarum vel qualitate, vnica rerum actrice, vel, si quæ esset, proprietate occulta. Voluit nimirum, hoc sibi nouum tribui aucupium in naturam sacris: quantitati, vel infimæ ad eò qualitatis specie, figuræ, vel proportioni deberi, quod alij quæsiuissent in patibili qualitate, vel manifesta, vel sanè nec ipsi quidem manifesta.

Sitam quoque hic agat personam Matthiolus. dum in Marcellum sibi vix alium quam popularem inuehitur, sic pote: Persea arbor Aegyptia est, (vt putat Marcellus Virgilius Florentinus) nostras Italica malus Persica, sed planta plurimum. Olim in suis primogeniis operibus, non annotauerat ubi vidisset suam Perseam: tandem verò prodit & imaginem suis coloribus ornatam sibi dono datam faretur Tridenti, per Odoardum Polonium medicum: qui Syrium & Aegyptum peragra-

set. Sed si vera & genuina eius icon Perseam, quam proponit: cur olim inuentorem vel obseruatorem suo fraudauit honore ac merito? Merebatur sanè tam rara planta, & confessionem veri & indaginem vltiorem, propter eius difficultates, quibus Matth. seculo obruta doctissimis quibusque videbatur, sed habeat ille suam figuram, & quidem eam solam, solus: quippe quam puram imaginariam existimamus: & ad descriptionem Theophrasti (atque vtinam benè) effictam, nobis nullatenus acceptandam, donec prodeat nouus quidam patronus, qui nos doceat contrarium.

Aliam Iconem exhibuit C. Bauh. excluso nomine Perseam secundam & Plinij, qualis & nostra.

Rob. Const. in Lex. annotat *περσεάν* siue *περσειάν* Rhodacina Suidæ *περσεάν* dici, etiamque Aristoteli *περσεάν*, lib. de Mundo.

Lob. & Penæ Persea, qui diuersam quoque à Persica agnoscunt. Hist. Lugd. Persea America Matth. Et alibi Persea America Clus. cum fructu. Sed prior figura nihil est aliud quam merum figmentum Matthioli: proinde ad eam nihil attinent, quæ ibi Perseam nomine traduntur. Posterior figura quæ Clusij est, Perseam quidem refert, sed appictus Cucio-phoræ fructus Perseam non est, vt ibi significatur, sed peculiaris, atque distinctus etiam ab ipso Theoph. factus, de quo nos capite proprio.

Gesner. in epist. ad Oecon. Perseam inquit, arborem nosti vernaculam esse Aegyptio: sed quo illis nomine vocetur nescio. Audiui tamen Amygdalam vocari. Fructus dicitur Piro similis, & os habere intus & prunum. Ioan. Placa Medicus, vt testatur Clusius, incolis regni Valentini *Mamay* dici asserebat, tametsi qui nobis Americam descripserunt Hispani, aliam ab hac diuersam arborem hoc nomine insigniant. Multis post annis à Simone de Touar Medico Hispalensi non *Mamay*, sed *Aquacate* vocari edoctus sum.

An verò, addit Clus. hæc arbor Veterum Persea sit nec ne, dispiciendum est. Plinius Perseam simili modo, iisdemque ferè verbis describit, voces ipsas commiscens, quas tamen alio loco apertissimè distinguit: qui sanè locus eorum sententiã apertissimè refellit, qui Perseam cum Persica malo eandem esse volunt. Arbor quam exhibeo flore & folio Laurum magis refert quam Pirum, fructu etiam oblongo est, qui Myxis (qualem illi Plinius tribuit) aut oblongis Prunis similior sit, quam Amygdalis, & colore (vt Placa referebat) nigro, non herbido. Itaque, vt verum fatear, tametsi nonnullis cum Persea Theoph. descripta notis hæc nostra conueniat, mihi tamen ea aptius quadrare videtur ei, quam Plinius describit, & Plutarch. in Aegypto nasci testatur Isidi gratissimam, quod fructum ferat Cordis æmulum, folio linguæ. Quibus verbis Clusius videtur velle distinguere inter Perseam Theophrasti, & eam quam Plin. & Plutarch. descripserunt, de quo iudicium esto peritorum.

Lectores quoque Solerij considerent opinionem, qui vult *Mangam* siue *Amba* esse Veterum perseam, de qua re capite proprio. Inter eius verò scripta hæc legimus, perseam cum persicis confundit Columella. Plinius siue sua, siue typographi culpa, malè legit Persica. Matth. Perseam sibi non visam figuram ementitur.

Dicta iam sunt loca ex Veteribus in superioribus. Clusius scribit, valdè raram esse hanc arborem: nam solo Valentino regno vnica arborem vidisse, in monasterio D. Virginis cui cognomen

In quibus differant persea & Persicus.

Agricola not.

Amygdain. Persica congener. Hadr. Jun. not.

Porta repreh.

Marcell. not.

Matth. ca. fig.

Rhodacina.

H. Lugd. not.

Cucio-phoræ.

Mamay.

Aquacate.

Solerij opinio.

Matth. ca. nat.

Locus.

de Iesu, primo ab vrbe Valentia lapide, ex Armenia, vt ferebatur, è delatam.

Tempus. Vere florentem conspexit idem. Autumno maturum fructum ferre intellexit à D. Io. Placa Medico & professore Valentino, qui ei loco dicto comonstrabat. Simon de Touaro Med. Hispal. similem arborem in suo horto alit. Persion, inquit Athen. gignit Arabia.

Vires & Vius. Perseæ fructus, autore Diosc. cibo idoneus est, & stomacho utilis. Arida folia trita & inspersa sanguinis eruptionem sistendi vim habent. Perseæ folia, vt scribit Gal. adstringentem vim modicè participant, adè vt queant etiam nonnunquam vtiliter sanguinis eruptione affectis partibus imponi. Paulus perseæ radicem inter menses ducentia recenset. Apud neotericos, Europæos saltem, quantum nobis constat, nullo adhuc experimento celebratur.

PERSICÆ NVCI SIMILIS FRV-
CTVS NVCLEO
venenato.

CAP. IV.

Vires & vltus. Cathæretica, vel, vt veriùs loquamur, septica. Cest huius fructus facultas, quo Indus quidam Æthiopiã (vti refert Monardes) cuius crura malignis & inueteratis vlceribus scatebant, in puluerem redactò atque insperso curabat, exesa carne putrida. Eundem puluerem cum elychnio iisdem imposuit vlceribus, ad generandã carnem, & vlcus ad cicatricè perducendum. Est is fructus in insula Margarita dicta admodum vulgaris, quo etiam in cibo frequenter vtuntur, magnitudinè Mali Assyrij vel Arantij, nucem Persici mali officulo similem continens, cuius concremati puluis (nam ob duritiem cremandum, alioqui difficile attritu) ad ea quæ modò dicta utilis est. Nucleus qui intus continetur adè noxius est & deleteria facultate præditus, vt siue homo, siue bestia eo vescatur, præsentaneam mortem sibi molitur, cui nullo remedio occurri potest, tanquam sublimatum aut corrodens aliud medicamentum sumpisset.

Vlcus. Hæc pauca à Monarde prodita reuocant nobis in memoriam, quæ Diosc. Plin. & Gal. scribunt de Perseæ venenata vel lethali, quæ adhuc pauciora & dubij plena.

Locus. Huc fortè etiam referenda quæ Rauuolff. scribit: Persianum quemdam mercatorem indicasse sibi de venenato fructu Perseæ, eis noto nomine Sephæ: propterea ab ijs negligi. Confer etiam quæ dicuntur de Manga venenata.

MAMAY ARBOR.

CAP. V

De script. MAmay ab Hispanicis historicis descripta (cuius iconem lib. præcedenti cap. 45. sub titulo, Guanabano fortè similis Higuero, danus) arbor est formosa, simili modo virens vti Iuglans, alta lataque coma, sed quæ aliquantulum in pyramidem desinat, Cupressi modo, Folium longius quam latum: materies ligni fungosa: fructus rotundus & magnus, carne Malum cotoneum referens, sed sapore Persici duracini: huic insunt terna quaternaque ossa, interdum plura simul iuncta, valdè amara: Gomara.

Vt Scaliger verò tradit, Mamei Castaneæ tum facies tota, tum magnitudo. Idem folium, sed maximum. Fructus non solum ingentis Persici, sed etiam maximi Cidonij superat globum. Nucleus duas habemus, quas intus fert: quarum altera penè æquat Persicum, altera longè maior. Ex qua potes, addita, aut circumiecta pulpæ corpulentia, totum ambitum animo metiri. Pulpa rubro colore est: Corium fructui fuluum. Sapor Persici, non, vt Cardanus scribit, Piri. Quod & testatur Cardanus ait: Nuculam esse triangularem: verum quidem est, sed minùs accuratè pictum. Vnum enim è lateribus adè est obtusum, vt dorsum potiùs, quàm anguli acies esse videatur. Vna planicies illa, non duæ: Læuissima, splendidissimæque pars hæc, colore ferrugineo. Tertium latus planius, & ad vtrumq; caput cuneatum. Rostellum quoque alteri prominet geminum: sed infernè producitur magis. Eius figuram quod referret, nauigiũ præsculptum vidimus. Quod verò idem Card. scribit, in nucula nucleum ferruginei coloris, verum non est. Potiùs ruber est. Eius nempe coloris, cuius vel China, vel Air, vel Ben rubrum. Odor, qualem diximus, Persici nucleo proximus: item sapor, verum longè dilutior. Vbi gustaris: tandem, licet lentè, ac serò, palatum acuit, ac pungit parum. Intra medullam hanc, quam alteram medullam amarissimam Card. profitetur, nullam inueni, nec vero simile est. Si verum est, ἡ δὲ ἀειτῶν est. Hæc Scal.

Ouiedus tam arborem quàm fructum paulò aliter describit, sic: Mamei arbor est speciosissima, magnæ Nucis iuglandis proceritate, folijs paribus aut maioribus crassioribus, altera parte viridioribus, palmum longis & ad proportionem latis. Huius fructus est omnium qui in insula Hispaniola dicta proueniunt gustu suauissimus, quandoque perfectè, quandoque imperfectè rotundus, pugnòs duos magnitudinè æquans, aliquando minor, cortice contegitur fuluo, modicè aspero, Pirorum syluestrium ritu, nisi durior crassiorque esset. Sunt qui vnum, alij duos tresue concludunt nucleos, in pomi medio, interstitiis distinctos, acinorum ritu membranula tenui opertos, delibratæ castaneæ colore, quorum pulpam, si secueris, iudicabis castaneæ, præterquam sapore similem, sed interior acinus fellis est amaritudine, delicata tunicula contactus, quam inter & priorem illam membranulam caro siue pulpa intercedit ferè fulua, Persici Duracini gustu, aut meliori, non tamen tam succulenta est, neque tam odora. pulpæ isti digitalis est crassitudo in maioribus, minor in minoribus pomis.

Benzo huius fructus lemma & varietatem paucissimis verbis comprehendit. Mamei arbor mediocris Nucis magnitudine, longiore quàm latiore folio. Fructus eius in Hispaniola insula rotundi, in continenti verò longi & crassiores, & gustu iucundiotè sunt, tres quatuor acinos seu interiora ligna habent pulpa in spadiceum colorem vergente, tenui tunica, sapore aliquantum dulci.

Mamay, Gomaræ in histor. gen. Indiæ. Item Clusio. Mamei Scalig. Ouied. Hist. Lugd. Figuram quam exhibemus ex Hist. Lugd. delumpta est, nec videmus magnam similitudinem cum Castaneæ folio, quale ei Scaliger tribuit: Gomara autem & Ouiedus tribuunt iuglandis. Haud multò feliciùs, si figuram spectes, qualem tamen illi circumscribunt. Quod si etiam vera dicit Ouiedus interiorem acinum esse fellis amaritudine, etiam-

Cardanus not.

Alius Cardanus error.

Sapor.

Arboris a-
lia descrip-
tio.

Fructus de
scripto alia

Vno nucleo,
aut pluri-
bus.
Castanea
simil. & sa-
pora.
Interior a-
cinus ama-
rissimus.
Pulpa sapor

Varietas.

Synonyma

etiamnum stabit Cardani sententia, alteram medullam interiùs latitare amarissimam: nec rectè à Scaligero repræhensus, dicente vero id non esse simile. Fumex in hist. Ind. Occid. Gallicè *Mameis* dici fructum cum nucleo scribit. Item Ma-

may arbor viridis vt iuglans, fructus bonus in Dariem, eidem, alio loco, P. Mart. l. 9. Ocean. *Mameis* est arbor alia apud Dariennenses, quæ fructum producit aurei mali magnitudine: sapore, melonè optimo, haud infuauiozem.



MANGAS SIVE
AMBAS.

CAP. VI.

Mangas Acoſta. Mangas alia Icon, Linschottani.

Scalig. autore: Est in Malabar Magna dicta arbor, Piri facie, cuius fructus Persico par, aut maior: corticis color viridis immaturo. Augusto mense cum maturitate recipit luteum: simul acquirit splendendum nitorem. Caro, vt Pruno, mellei saporis. Os intus sicut Amygdalo. Immaturo condunt, vt oliuas. Amba nomen.

Acoſta verò, qui Mangas siue Ambam neutiquam Piri folio depingit, ex quo nôstra prior Icon de-

Descriptio

Arbor Piri facie
Fructus Persicopar.
Tempus. Caro fructus in Pruno.

Tempus & locus.

Synonyma
Clus. notatur.
Ambo.
Mangas.
Manga.
Anon.

Mangas.
Ambo.

Hist. Lugd.

Perseam esse Mangam putat Solem riu.
Locus & tempus.
Fructus suauitatis.

Varietas delectus.
Guzarateus.

Os Amygdali
Alia descriptio.
Fructus.
Color diuersus diuersis fructibus in eadem arbore.
Duracina Persica.

Sapor.
Tutamen tamento obductum.
Nucleus.
Differencia sine officulo.
Mangas syluestris
Mangas brauas.

Locus.

Malus

Manga

officulum.

Sapor

sumpta, sic describit. Vasta hæc est arbor, & multis ramis prædita, fructumque fert magna ex parte anserino ouo maiorem, nonnullis interdum Indiæ locis binas libras aut amplius pendente: in eadem verò arbore persapè colore differentes isti fructus conspiciuntur: alij enim diluti virent, alij flauent, quidam etiam ex viridi rubescunt: grati admodum saporis odorisque est; & quando non est corruptus, Duracinis Persicis (quæ a carne firmiore flauaque Melocotonea vulgò appellantur) præstat. Antequam probè maturus sit gustu adstringente est, vt ea pars quæ officulo vicinior est, acerbior: sed maturus dulcis & sapidus. Præduro putamine, vndiquaque tomento aut duris fibris transversim & obliquè excurrentibus oporto tegitur nucleus longiusculus & crassiusculus, magnitudine Ilignæ glandis, candidus, & candida cute tectus, gustu amaro, dum crudus est. Inuenitur etiam huius generis sine officulo, palato admodum gratum. Aliud eius generis syluestre reperitur, *Mangas brauas* nuncupatum: dilute viret, aliquantulum splendet, lacteo succo abundat, paucaque carne præditum est: nam crasso cortice solummodò integitur, officulum prædurum & cartilagineum, Coronei tamè mali magnitudine est.

Per uniuersam prouinciam Malabar, copiosè prouenit hæc arbor, domestica siue satiuua minor, breuioribus & crassioribus folijs. Pueri his fructibus, aureorum Malorum loco, sese mutuo petere contulerunt.

Io. Linschottannus ad suam figuram are exculptam hæc annotat. *Manga* ex arboribus dependens, ad similitudinem arborum Iacæ, magnitudine Persici sunt, colore viridi, & ad ruborem accedente. Officulum habent maius, sed ad esum nullo vsu. Interior Mægæ color ad flauedinem accedit, magni in India vsus, vt oliuarum in Hispania. Post Ananas gustu sunt maxime suauis: orizam cum hisce fructibus coquunt, estque quotidianus mancipiorum cibus.

Amba, inquit Lugd. Romanus simillima est arbor frequentesque vt piro fructus: qui intra corticem occultantur vt amygdale anaræ. Condiuntur in Cadis vt apud nos Oliuæ: sed sunt longè meliores.

Tom. I.

Maturitatis tempus à quadragesima illis ad Augustu durat ingenti passim numero & vtili pretio. Ludouicus Bononiensis in Irin. suo etiam in Calicuto nasci tradit, sicut & Munsterus in sua Cosmographia.

Amba dicitur fructus: Caudex *Magna*, (fortè *Manga* legendum) Lugd. Romano. Clusius verò non refert, ad *Manga* siue *Ambam* arborem hanc Lugd. Romani, sed ad *Ambare*. *Manga* arbor Scaliger. Fructus conditus *Amba*. *Mangas* Indis, Garcia, & Castori dur. Clus. in annotat. ad Garcia: *Mangas* fructus in memoriam mihi reuocat Iaiama Ouiedi, quam lib. 1. suæ historiæ describit, cap. 13. tameti plus similitudinis habere videatur cum eius *Anon* de quo lib. 3. cap. 18. Costæ *Mangas*, in Canarin *Ambo*: à Persis & Turcis *Amba*: huius aliud genus sine officulo: & tertium syluestre *Manga brauas*. Histor. Lugd. distinctis capitibus longè diffitis locis de hac agit. Primum sub nomine *Manga* & *Amba*. Secundo sub titulo *Mangas*, cum figura Acoſta, quasi diuersæ essent arbores, & prioris loci ne verbulo quidem meminit.

Noua nec hæten⁹ dicta sua opinione prodit Solerius. quid autè? Perseam, inquit, in Calecut *Magam* dici & fructu *Amba*, descripta à Lud. Barth. lib. 3. tamè à nobis dubitatur sint ne idè. posteri nostri inuestigent. Porro quod locu & tempus attinet, Garcia vtrumque luculenter explicat, his verbis. Tanta est huius fructus suauitas, vt cum in foro prostat, Ormuz incolæ, apud quos frequens est cum aliis plurimis fructibus, reliquis neglectis, hunc sibi emant.

Colligendi tempus est in regionibus calidioribus mense Aprili: aliis regionibus serotinis, Maio & Iunio: Interdum tamen Octobri (quem ipsi *Rodolph* vocant) & Nouembri.

Cæterum pro regionum natura & diuersitate, variat etiam saporis bonitate hic fructus. Primas tenet is qui in Ormuz nascitur. Secundum locum obtinet, qui in Guzarate prouenit, præsertim is, qui per excellentiam Guzarateus nuncupatur, magnitudine quidem reliquis cedens, saporis tamen & odoris gratia iis superior, exiguo intus ossè vel nucleo. Tertium bonitatis gradum

obtinet, quem Balagate gignit, maior in vniuersum supra dictis. Memini enim duos vidisse, qui quatuor libras cum dimidia penderent. Sed inter eos suauior mihi visus est, quem proferunt Chacanna, Quondor, Madanager & Dultabado, primariae vrbes Regis Nizamoxa. Boni sunt item ij fructus, qui in Bengala, Pegu & Malaca proueniunt. Habeo in meo pradio, quod est in Bombana arborem huiusmodi fructus proferentem, quae bifera est. Nam Maio mente fructum fert, saporis quidem & odoris gratia excellentiorem. Autumni verò sub finem aliam superiori eo ipso comendabiliorem, quoniam præter tempus solitum nascatur. Hæc Garcias. Costa quoque autor est, in multis prouinciis nasci, vt in Balabari, Goa, Gazarate, Balagate, Bengala, Pegu, Malaca, aliisque Indiae locis: at in Ormuz reliquis præcellens. In Persia sunt fructus Vvat dicti illis, inquit Rauuolf. rotundi, rubetes, magnitudinis ferè Indicorum Melonum. Considerandum pericis relinquimus, an Mangas tanroperè ob suam bonitatem commendata possit esse Wac Persis dictus, per mare delatus in Persiam.

Bifera.

An VVae Persarum & Rauuolff. V. s. & V. s.

Cibus.

Temperam.

Officula ad alius profusum.

Vermes.

Qualitas.

Nocumeta.

Mangas brauas Venenum Summum.

Persica pomum Venenatum Persica.

Garcias autor est, colore hunc fructum esse ex viridi rubescente, & odore gratissimo. Exempto cortice editur, aut sine vino, aut generoso aliquo vino maceratus, veluti Persica Duracina. Conditur etiam saccharo, interdum & aceto, & oleo, & sale, inspersis in eius meditullio Zingibere & aliis. Interdum editur cum sale, & nonnunquam elixus. Frigidus verò est & humidus, quemadmodum Persica. Eius officulis assatis alui profluuia sisti aiunt, quod verum esse deprehendi. Nuclei verò recentes lumbricos, & ventris tincas necare dicuntur, quod rationi consonum esse puto ob eorum amarorem.

Vt verò Costa tradit, editur hic fructus in laminas sectus, aut sine vino aut cum vino maceratus. Conditus etiam saccharo, vt commodius adseruari possit, atque interdum cultello aperitur, & in eius meditullium Zingiber recens, Allia, sinapi, sal cum oleo & aceto inperguntur, vt vel cum oriza edant, vel oliuarum conditarum modo.

Saliunt etiam, & elixant, atq; in forum venalem proferunt. Frigidus & humidus est, tamen vulgus calidum constituat, & multas mordicationes in eorum, qui vescuntur, ventriculo parere affirmet. Quin & indigenæ medici calidum faciunt, & vituperant, dicentes serpiginem, Erysiplas, biliosas febres, phlegmonas, & scabiem generare: quod fortè accidit ab eius in ventriculo corruptione: sed eo tempore quo inuenitur hic fructus, propter immoderatum estum, in similes morbos incidunt, etiam nonnulli qui illo abstinent. Tostus lignas glandes sapit.

Genus syluestre *Mangas brauas*, aded præsentis est veneni, vt indigenæ illis sese mutuo perimant. Nam si quis paululum ederit, illico moritur. Interdum oleum admiscunt, ad exacuendam eius vim, vt celeriore perniciem adferat. Sed quocunque tandem modo sumptum, aded celeriter perimit, vt hætenus nullum sit repertum antidotum ad illius vim compescendam. Cum venenata *Mangas* conferri possunt, quæ antè dicta sunt, de Persica Pomo, simili fructu venenato, & Persica Veterum & Rauuolffij venenata.

AMYGDALVS, DVLCIS ET AMARA.

CAP. VII.



TAM arcta Descript. foliis Amygdali est cum Persicæ foliis similitudo, vt difficulter distingui possint: oblonga, angusta, acuminata, crenata, valdè obscuro amaro, maiore autem lentore prædita. Flos quoque non absimilis, nisi maiore candore participaret, folia præit: magna quoque eorum similitudo cum floribus Malorū. *Folia.* *Flos.* *Fructus.*

non ineptè compares, sed compressum & in arcum tensum, puluinato callo, minùs spisso, eduli, aciduloque dum tener est, spontè, in maturitatem tendente fructu dehiscente, & facile officulum læue superficialibus serobiculis peruium relinquente: putamini aliàs fragili, aliàs duro, nucleus inest dulcis, cuticula tenui ruffa, veluti puluisculo resperfa obductus, tam in culinæ quàm seplasia vsum: vel amarus officinis magis expectitus. Lachrymam quoque plorat in gummi conrescentem arbor ipsa. Gemellum nobis obseruatum Amygdali officulum, quod inter naturalia nostra adseruamus. Radix quæ ex medio trunco descendit, autore Theoph. prægrandis est, & altè demissa citò germinat. *Officulum.* *Lachryma.*

Amυγδαλέα & Amυγδαλή Diosc. pro arbore, & *Amυγδαλή γλυκύα, & εδάδιον*, Amygdalæ dulces & esculentæ, vt Interpretes vertunt numero plurali. Hippocrati antiquissimo Medico fructus dicuntur *αμυγδαλαι* l. 2. de Diata. Item l. 2. de morb. in febrī singultiente, Amygdalæ. Lib. verò tertio de Ictero: *καρὰ δάσσια λεπίδινα*: Nuces Thassiae decorticatæ habentur: ex quo loco videtur apparere Hippocrati Amygdala & Nuces Thassias differre. Idem l. 1. de morb. mul. Amygdala præscribit: & l. 2. Amygdala amara depurgata, aliquoties. Apud Theophrast. quoque passim *Amυγδαλή* legitur pro eadem. Ab aliis tamen *Amυγδαλή* tam pro arbore quàm pro fructu scribitur: aliis pro fructu tantum, qui & *Amυγδαλον* dicitur. Et *η Amυγδαλ* pro eodem apud Lucianum. Amygdalus arbor, *Nux plurima* dicitur: Vocatur & *Nux Græca*, & *Nux Thassia*, & similiter *Thassia*. Amara verò etiam *καρὰ πικρά*, id est, Nuces amarae Archigene autore apud Gal. *δασίων πικρών* fit mentio apud eundem. Ita & Cloatius voluit Amygdalam eandem esse cum *Nux Græca* & *Thassia*. Amerias verò Amygdalum Mycerum vocari tradit. *Nux plurima.* *Nux Græca.* *Nux Thassia.*

Porro, Theophr. de Amygdalo multa sparsim tradidit. Abundè fructificare, ideòque citò senescere: sed ætate grandiore reddi fecundiorè: Non plagam tantum sed & scissionem ferre: Stillare *Copiosè fructificati cito senescit. Adulta fecundior.*

lāre gummi, interdum copiosius fructificare, quā
 producere folia, quæ etiam nonnunquam ob fru-
 ctuum multitudinem cerni non possint, quoniā
 natura se totam ad fructuum generationem dire-
 xerit, Damnosam esse arborem, quoniam & viri-
 bus sit robustis, & radicem habeat numerosam.
 Cultu transire ex amara in dulcem, idque trien-
 nio post: tardè folia amittere, florem foliatum,
 quarundam subrusum: fructificare ex annotinis
 furculis: Eius extrema germinare non posse, nisi
 id raro & præter naturæ consuetudinem eueniat.
 Quin & rami prægrandis eiusdem germen raro
 erumpere. Amittere maximè suos fructus ante-
 quam maturescant, quod & nexu debili hæreat,
 & mole grandiuscula sit ut faciliè à ventis decu-
 tiatur. Quādiu virens ac recens est Amygdala,
 aquosa sentitur, siccescens autem pinguiscula
 redditur. Non diu durat quemad. nec iuglandes,
 quia raro minimèque compacto putamine obte-
 cta. Seritur avullione, semine degenerat: cultu
 mirefcit.

Damnosa
arbor.

Idem autor Amygdalæ Corni tribuit folium,
 nisi quod pinguis crassiusque sit; Et alibi scri-
 bit, fructum Therebinthi in India similem esse A-
 mygdalis, etiam magnitudine. Dioscor. Pæonia
 filiquas, [λεβός] ἀμυγδαλῆος similes dicit.

Nuces
amaræ.

Corn. Celsus Amygdala amara, nuces amaras
 generaliori voce nuncupat: sic enim Pantinus eius
 Commentator explicat.

Amygdala
Plinio.

De Amygdalis sic Plinius. Tertia ab his [aucl-
 lanis] natura Amygdalus, tenuiore sed simili Iu-
 glandium summo operimento: item secundo pu-
 taminis. Nucleus dissimilis latitudine, & acriore
 callo. [de amaris hoc verum, non de dulcibus,
 dal.] Hæc arbor an fuerit in Italia Catonis ætate,
 dubitatur, quoniam Græcās nominat, quas qui-
 dam & in Iuglandium genere seruant. Græcarum
 verò Nucum Cato meminuit c. 3. Per quas Varro
 l. 1. c. 6. Amygdala intelligit, ut faciliè colligimus
 ex diuersis locis alijs, præsertim l. 2. c. 9. cum ait:
 Quidam Nucibus Græcis in aqua tritis perun-
 gunt canum aures, & inter digitos, quod muscæ &
 ricini, & pulices soleant (si hoc unguine non sis
 vsus) eos exulcerare. Item l. 3. c. 16. Apes morbidas
 fieri tradit, propter primores vernos pastus, ut flo-
 rum Nucis Græcæ atque Corni, indeque Cæliacas
 fieri, atque vrina pota refici.

Græca Nux

Dalech re-
preb.

Miramur verò Dalechampium in suis ad Plin.
 annot. ad l. 23. c. 8. hæc Varronis loca citata ad Nu-
 ces Iuglandes referre. Nam per nuces Græcās
 neutiquam Iuglandes esse intelligendas ex ipso
 apparet Varrone, qui l. 1. c. 16. eas nominat Iuglan-
 des, & quid per eas intelligat satis apertè demon-
 strat, ut ostēdemus in Iuglādīs historia. Locus ubi
 meliùs prouenire ait Nuces Græcās, optimè cōuenit
 Amygdalis. Præterea Amygdala vtilia esse aduer-
 sus muscas ricinos & pulices, verisimile est. Iu-
 glandes sanè non florent vel Iulos ferunt cum
 Cornu: Amygdalus autem est prima quæ floret
 post Cornum, & sape simul cum ea. Idem tamen
 Plin. manifestè, ubi de Amygdalarum viribus agit,
 nuces Græcās nuncupat

Cæterum non minor nobis occasio dubitandi
 quæ fuerint nuces Græcæ Columellæ, quā Plinio,
 quæ Catoni. Colum. de re rust. l. 5. vno & eodem
 capite, nempe nono, meminuit Nucis Græcæ sim-
 pliciter: & Nucis Græcæ ac Auellanæ Tarentinæ
 (qua ratione nimirum tales facere oporteat) Iu-
 glandis & Castaneæ: & in fine eiusdem cap. Amyg-
 dalæ. Item lib. arborum c. 22. eadem scribit que-
 mad. & de Amygdala c. 25. Columellam tamen
 per Nuces Græcās intelligere Amygdala id fortè

demonstrat, quod Palladius, qui Nucis Græcæ non
 meminit, in Ianuar. tradit de Amygdalis, quæ
 Colum. de Nuce Græca: nempe de maccatione
 faciēda in mullā, & de faciēdis Amygdalis nu-
 cibus teneribus. Repugnare tamen videtur, quod
 hic eodem cap. scribat de Nucibus Græcis & A-
 mygdalis, quod tamen, ut ipsi non insolens, for-
 talis excusari posset, si exculationem non respue-
 ret nominum diuersitas. Item quod Palladius, ubi
 scribit de teneribus Amygdalis, non eundem do-
 ceat modum faciēdi, nec nominet Tarentinam,
 ac omittat Auellanam Tarentinam. Item quod
 postea alio capite nempe de Nuce Iuglande doceat,
 quomodo Nux Iuglans faciēda Tarentina. Sed
 rursus, quæ antea ex Varrone adduximus loca
 facere videntur pro ea sententia, quæ statuit, Nu-
 ces Græcās Columellæ esse Amygdala. Sed de hæc
 re doctorum esto iudicium.

Consulamus Athenæum. Carya [inquit] id
 est, Nuces, & Attici, & alij Scriptorum communi
 vocabulo fructus omnes operimento duro tectos
 appellant: Epicharinus verò, ut nos per excel-
 lentiam Amygdalas vocat καρυοτροχάριον κάρυα,
 [quidam calidas nuces interpretantur] id est,
 Nuces quæ pro bellarijs tostæ mensis apponuntur.
 Philyllius:

Nuces.

Caryotro-
gona nuc-
Calidamux

Sorba, Nuces, Amygdala.

Heracleon Ephesius scribit, & Amygdalas, &
 quas nunc Castaneas appellant, Nuces vocatas
 fuisse. Carya, id est, Nux arbor, legitur apud
 Sophoclem. Amygdalas Naxias Vcteres celebra-
 runt: nec immeritò: quandoquidem in ea insula
 gignuntur egregiæ, ut mihi persuadeo, inquit A-
 thenæus. Phrynichus:

Nuces.

Nux arbori
Nuxia.

Dentes molares omnes rupta ut
Nec Naxiam quidem Amygdalam frangere
possim.

Herodianus Alexandrinus autor est Amygdalas
 dictas fuisse, quod sub virenti cortice illarum pu-
 tamen πολλάς ἀμυγδαλῆς, i.e. multo scarificatu sit ve-
 luti discissum atque fissum. Neutro genere Amyg-
 dalum etiam dicitur Diphilus,

Amygdala
unde dicitur
Amygdala.

Bellaria, Myrti bacca, placentia, Amygdala.

Sed de vocis tono atque accentu, ubi statuendus
 sit, ambigitur. Pamphilus quidem censet, cum
 fructum significat, vltimam syllabam graui nota-
 dam esse, ut in hoc dandi casu ἀμυγδαλῆος: at cum
 pro arbore usurpatur, eam syllabam circumflexo
 signandam esse, ἀμυγδαλῆ. Aristarchus æque fru-
 ctum & arborem cum acuto in penultima pro-
 fert. Philoxenus in vtroque significatu circum-
 flexum addit. Eupolis:

Ναι μά τῶν ἀμυγδαλῶν: id est, Per Amygda-
lam tu me perdisti.

Aristophanes. Agedum, has ἀμυγδαλῆς su-
me, caputque tuum saxo frangito.

Phrynichus: ἀμυγδαλῆν tussis remedium opti-
mum est.

Tussis re-
medium.

Quidam in vltima cum graui ἀμυγδαλῆς pronun-
 ciant. Typhon in opere de Atticis accentibus,
 fructum ἀμυγδαλῆν cum graui tono in vltima, &
 genere foem. dixit, quod neutro τὸ ἀμυγδαλῶν nos
 efferimus: arborem autem ἀμυγδαλῆν, vltimæ
 syllabæ circumflexo tono adiecto, quia præter
 fructus intellectum, ea vox possessionem demon-
 stre, cum illa nota & specie. ἀμυγδαλῆν nam-
 que arbor Amygdalas fructum parit, alit, fouet, &
 tanquam sobolem suam habet & tuetur.

Amygdala

Porò huic tam anxie accentus & scriptionis
 inquisitioni Athenæi optimè quadrat quod Ga-
 lenus de alimentis alicubi scribit: Qui se Atticos
 appellant, alij fructum genere fæminiino Amyg-

Athen. not.

dalas enunciari oportere contendunt: alij neutro Amygdala: ne id ipsum quidem, de quo tantopere contendunt, intelligentes, utroque nomine apud viros Atticos scriptum esse.

Macerobatis Caryocatace. Amygdalocatace. Mucros. Magna Amygdali in sacris et apud populum Israeliticum. Aestimatio.

Pamphilus in glossis apud eundem Athen. ait: *μεκρηβαται* à Laconibus vocari *καρυκατακτυ* (Nucifrangulum: qua voce vsus est Plautus, nimirum instrumentum, quo franguntur nuces Amygdalæ, & reliquæ) pro Amygdalocaracte, quia Lacedæmonij *μυκρηβας* vocant Amygdalas.

Magna verò huius arboris æstimatio, etiam in sacris literis, & apud populum Israeliticum, quòd in hanc ipsam, Aaronis virgam siccam, ineffabili metamorphosi permutarit rerum Creator summus, vt Num. 17. legimus. Quam virgam ita floridam, Iudaicus postea populus in suis nummis, quos *fielos* vocant, designari curauit. De qua re eleganter D. Augustinus, vt omnia, in opere suo de mirabilibus sacre Scripturæ. Aaron, inquit, virgam inserto nomine acceperat. Crastino manè Aaron virga gemmulas Amygdalini floris ostendit, quo patebat Aaron præ omnibus in sacerdotium Dominum elegisse: nec tamen in hoc contra naturam virga monstratur aliquid effecisse. Sicut itaque virga Aaron germinauit in populo Iudæorum, ita crux Christi floruit in populo Gentium. Quis autem iste est fructus quem attulit?

Amygdala nux.

Amygdalas, inquit. Amygdalæ fratres, nuces sunt. Qui fructus primo quidem indumento amarus est, sequenti munitur ac tegitur, tertio lumentem pascit ac nutrit. Nam quia sacramentum sacerdotale est virga nucis: iccirco arbitror etiam Hieremiam, qui vnus erat ex sacerdotibus ex Anothoth vidisse virgam Nuceam.

Virga nucis.

In Canticis Canticorum, sponsa dicitur descendisse in hortum Nucis, vbi etiam pariter cum Nucibus sacerdotalem quodammodo pomorum copiam perscribitur inuenisse. Ait scriptura: Ecce germinauit virga Aaron in domo Leui, &c. produxit frondes & protulit flores & germinauit Nuces. Et alibi, de vnitrate trinitatis & incarnatione Verbi. Virga Aaron post alterum diem inuenitur subito produxisse flores & frondes & peperisse Nuces, &c. Virga ergo potuit contra naturam Nuces educere, Virgo non potuit contra naturam iura Dei filium generare? Dicat igitur mihi Iudæus incredulus, quemadmodum arida virga floruit & fronduit, & Nuces protulit? Virga Aaron, Virgo Maria fuit, &c. Nux trinam habet in suo corpore substantiæ vnionem, corium, testam & nucleum, &c. Non autem intelligimus, quid velit D. August. quum ait: qui fructus primo quidem indumento amarus est, & postea lignum in testa: nam ista Nuci iuglandi potius conueniunt quam Amygdalo. Nisi per amarum intelligamus non edulem corticem acerbum, quem ille *καρυκατακτυ* amarum dixerit, tanquam non edulem: quanquam & tota Amygdala tenella comedatur, etiam cum extimo cortice. Sed in Theologo de de re medica aut herbaria non nisi *καρυκατακτυ* tradente, *καρυκατακτυ* exacta non postulanda.

Pulchra comparatio.

Sciendum porro ex D. Hieronymo quod vbi nunc 70. Interpretes posuerunt *καρυκατακτυ*, ipsum verbum sit *קרוס* Soced, quod in Hieremie principio est: sed ibi in Nuceam versus est, hic Amygdalum, &c. vide Saced. Et placuit quidem paucula hæc & ad Amygdali encomium atque historiam facientia hoc loco in medium adferre: qui plura volet, consulat ea de re Theologos: nos quæ natura sunt hic potissimum persequimur.

Alia comparatio.

Soced Hebr.

Iuxta Arab.

Arabes *لوز* vocant tam dulcia quam amara

Amygdala, vt est apud Serapionem. Pellun. apud Auic. *لوز* Amygdala conuertit: quidam etiam *لوز* scribunt.

Lanz.

Ceterum quod supra de Nuce Græca obiter attigimus, hic denuò in quæstionem venit. Nam etsi Columella videatur diuersa statuisse genera, Nucis Græcæ, Iuglandis, Amygdalæ, & libro 5. scorsim Amygdalæ feracitatem profecutus sit, per Græcam tamen Nuceam tantum Amaram Amygdalem cum intellexisse suspicatur Ruellius: Num primam (inquit) Nuceam Græcam gemmascere fatetur, quod Plin. de Amygdala confirmat: qui ex iis quæ in hyeme Aquila exoriente concipiunt, florere primam omnium Amygdalam mense Ianuario prodidit. Martio verò poma maturescere. Eandem antequam deponatur, in aqua mulla nec minus dulci macerandam Lucius cenfer, vt iucundioris saporis fructum, quum adoleuerit, præbeat, & interim melius atque celerius frondeat, quod de amara Nuce vt amarorem exuat intellexisse Columella facile crederetur: nisi diuersis locis rem eandem repetat, & quidem tunc vsurpatjs. Nam nisi Nucis Græcæ vocabulo Amygdalum complexus fuisset, prætermittenda eius satiore non explicuisset, quomodo fertilis redderetur, inquit: Amygdala si parum ferax fuerit forata arbore lapidem adigito, & ita librum inolescere finito.

Nux Græca forte Amygdalum amarum.

Καρυκατακτυ Nux amara Celso, id est, amarum Amygdalum, siue Amygdala amara Rob. Conf. Placotomus apud Eob. Hællum de valer. tuenda, Amygdala amara, tradit alias Nuces amaras dici. David Kyberus in Lexico Nuceam Græcam siue Thasiam Amygdalum interpretatur.

Nux amara.

Amygdala amara. Nux Græca suo Thasia. Schaked. Hebr.

Amygdala dicitur *Schaked* Hieremiæ, id est, Hebrais, autore Trago: qui addit, Catonem Amygdala Græcas nuces vocasse. Verum ex loco supra à nobis citato vix elicias Catonem per Nuces Græcas Amygdala intellexisse, nisi aliam habeas coniecturam. Addit verò Tragus eius verba aliquos priuatim de amaris intelligere.

Quin & Cordus & Lonicerus aperte dicunt Amara Amygdala alio nomine Græcas nuces appellari.

Nux Græca.

Anguillara verò scribit per Nuces Græcas intelligi oportere Amygdala cum suo cortice, quum virent. Mirabilis verò est cum sua censura, quando ait in epistola quadam: de Amygdala Dioscoridem agere capite proprio, cap. verò de Pæonia Nuces Græcas dici: quod nec vllus vnquam ex eo nos docebit capite. Fieri potest, vt interpres priore loco Amygdala, posteriori Nuces Græcas conuerterit: Verum quid hoc ad Dioscoridem? Posteriori loco nihil aliud de Amygdalis habet, quam hæc verba *καρυκατακτυ*.

Anguill. noc.

I nunc, & interpretibus fide, sua licentia eandem vocem diuersimodè conuertentibus, præsertim propriam, & hoc tale significantem.

Interpretu licentia.

Goropius in Vertumno scribit nomen etiam Amygdalis commune esse: Iuglandes non magis nocere capiti, quam Amygdala: qua ratione, indagari poterit inter vires Nucis Iuglandis.

Garyca.

Monachi apud Mesuem de re medica & Pharmaceutica statuunt: Vbicunque simpliciter scribitur Amygdalæ, intelligendas esse dulces: ad compositionem autem Diaphœnici amaras esse capiendas. Leuin. de Biblicis plantis: Amigdali, inquit, fructus Zirzæis Amandel *Amandel*: Dulcium Amigdalarum commeatu Iacob Patriarcha filios instruxit. De Amygdalo Salomon in Ecclesiaste. Idem Iacob virgas ex Amygdalo posuit ante ouium oculos. De Aaron Virga supra. Denique Herbarij

Amygdala in sacris literis.

Herbarij omnes Amygdali vulgato nomine tam ad designandam arborem, quam fructum ipsum videntur.

Linguarum nomina.

Germ. *Mandelbaum: Mandlen & Mandelfern.* Belg. *Amandelboom, Amandel.*

Gal. *amandrier, Amandres, & Amende.* Ital. *Mandriola, Mandole.* Hisp. Castil. *Almendro, Almondra:* Catal. *Amellos:* Portug. *Amendas.* Anglic. *The Almond tree.* Bohem. *Mandlij.* Vngaricè, vt refert Claf. *Mondola / amygdalus* dicitur.

Differentia.
Dulces.
Amara.
Amygdal.
Cypr.

Quoad differentias: autores penè omnes supra citati, tam Græci quàm Latini, alijque dulces agnoscunt & amaras, tanquam præcipuas differentias. Aliquorum tamen diligentia etiam alia obseruata sunt, qualis est illa de qua Athen. scribit, præstantes nasci in insula Cypro, diuersa ab ijs quæ alibi proueniunt figurâ: sunt enim (inquit) & oblongæ, & in summo reflexæ.

Tenios.
Myceros.
Amygdalus
nuce rotunda.
Dura.
Mollia.
Amara.

Seleucus in Linguis scribit dulces Amygdalas à Lacedæmonijs vocari *Tenios*: ampliores verò nuces, *Myceros*: At *Amerias*. *Myceros Amygdalas* dicitur tradit. Gesnerus tradit, esse etiam Amygdalum, nuces rotundas ferentem: & aliam Perisco insitam, (de qua nos postea) in horto Matthiæ Curtij.

Tragus tria facit genera: putamine duro: alia molliore: tertia amara.

Matth. dulcium plures facit differentias: magnas, paruas, mediocres, compressas, rotundiores: quarum nonnulla durissimo integuntur operimento: alia fragili: sunt item quæ duplici consistunt nucleo. Nos & omnes has differentias obseruauimus, & in naturalium nostro thesauro etiamnum adseruamus: His adde Amygdala lanugine carentia, de quibus postea. Amygdalæ minores vulgaribus per omnia similes sunt, quibus etiam sapore & facultatibus respondent: multò tamen, hoc est, triplo aut quadruplo minores & ad proportionem gracilem continent nucleum. Hæ, ex obseruatione Cordi, quoque duum sunt generum: vna enim amaras, altera dulces producit. Adferuntur adhuc putaminibus suis inclusæ cum Gallicis Asiaticis alijsque medicamentis ex Asia aduehi solitis.

Amygdala minores.

Amara.
Dulces

Amygdala fragili putamine.

Synonyma.

Amygdala lanugine carentia.

Amygdala maxima.

Amygdalæ fragili & flexili putamine multiplici ratione à vulgaribus differunt. Primò putamen nullis foraminulis habent punctatum aut scarificatum, sed quodammodo sulcatum potius, cui extrinsecus venulæ albæ ex carne separata residuæ adherent. Latitudo vncialis ferè, longitudo vncia maior, cortex quauis iuglande aut Amygdala fragilior, cæteris tenuior, nihilominus pulchros & benè succulentos intus continet nucleos, nescio quid in ipso etiam gustu, si rectè iudicamus, à vulgaribus discriminis, habentes. Leuissimo digitorum pressu vel quamuis huius generis puer decennis facile frangat, quod in cæteris vix mallei vi præstet. An hæc fortè sit Nux Græca Tarentina Columellæ? Nux tenera Amygdali Palladio. Amygdala putamine molliore dentibusq; fragili, Trago.

Lanugine carentium Amygdalorum meminit Cæsalpinus, his verbis: Amygdalorum fructus tenellus, antequam os induruerit, cibus gratus est, subacidus: laudantur in hunc usum, qui lanugine carent & grandiores sunt: huius gratia inferere solent super Prunum

At maximi generis nuces quas habemus, duas vncias longæ, vnciam latiores, sed ad proportionem compressæ conspiciuntur, tales quoque nucleos, nempe longos & compressos continentes. Extrin-

secus alicubi striata testa apparet, crista per ambitum eminenti & acuta.

Mediocria vncia longiora, latitudine inferiora, læuiori prædictis putamine, crista minori, obtusiorique, minùs frequentibus punctis notata, interim ventriosiora, eius generis putamus, cuius nucleci passim in officinis prostant. Huius generis geminam habemus, tam fabre vinctam, vt nates puelmi pulchrè repræsentent.

Minimi generis Amygdala, minùs reliquis omnibus compressa, sed ferè ad Cylindri rotunditatem accedentia, triplo longiora quàm lata, mediocribus quàm maximis putaminis læuore similiora, pulchellum sui generis nucleum continent.

Post differentias locum teneat delectus. Amygdalæ tam dulces quàm amara probantur flauissimæ, plenæ, integræ, non contractæ nec erosa, tamen læues, dura & sicca, quantum illis datum est, ob id fragiles, intus albidissimæ. Ex his dulces, sapore delicatæ, propè indicibili in Castaneam tostam & panis purissimi benè cocti qualitatem inclinantes, odore ante esum nullo, aut perquam exiguo, inter edendum autem iucundo, quales Venetijs omni penè tempore, potissimum circa Autumnum habentur: quo tempore nos ibi comedisse meminimus. Tales aut his fortè meliores adhuc, Monachi celebrant apud Mesuen, quando aiunt, ex dulcibus meliores esse Apulenses, quæ Ambrosinæ cognominantur, fortassis à saporis suauitate. Ex amaris, magnæ, succulentæ, integræ atque recentes præferuntur.

Amygdalis, vt scribit Theoph. locus gracilis, serenus atque apricus longè commodior est, (scu, vt ait Palladius, durum, siccum, calculosumque solum, coelumque calidissimum) quàm humidus, ad alendum & augendum comparatus: nam si altus sit atque pinguis, nimia pabuli vbertate lasciuentes sterilescent: sunt tamen qui inter vites serendas censeant, tanquam innoxiam & alimento mediocri contentam, & simul quod maturè fructificet, nec latè inumbret, minimè grauem. Sed hi non rectè existimant. Umbra enim, & serus fructuum prouentus, non tam infestant, quàm radicem vires: rapiunt enim alimentum suo amplo discursu, implexuque enecant.

Porrò in Creta horti abundant Amygdalis: In Italia familiaris est: In Galloprovincia Delphinatūque consistunt planities patentissimæ: Ex quibus dulce illud oleum, quod & nobis interdum, in mensa butyri vice crudum expetitur, Lugdunum, & inde in diuersas prouincias importatur. In genere dicendo, Loca amat Amygdalus regionetque calidiores, atque iccirco vberior adolescit in insulis: præsertim quæ pluuijs intempestiuis non infestantur: & ob hanc & frigidam coeli temperiem, difficulter nascitur aut fructum facit in Belgio, teste Dod. In Anglia maturant interdum nuces, autore Lob. Circa Argentinam complures sunt. Reperiuntur in tractu Rheni non paucis locis: sed primas in Germania nascentibus tribuunt in Spirensi agro natis. Camerario teste, in Germania hodie copiosè proueniunt, Laudatissimæque Landauientes. Turnerus scribit in Anglia quidem esse, sed nullo fructuum memorabili prouentu. In Alsatia haud infeliciter benè cultam prouenire nouimus. Quicquid sit præstantiores semper Germanicis Prouinciales & Narbonenses, quæ Lugduno ad nos aduehuntur, solidiores & minùs rugosæ. Sic videas Geneuæ prouenientes Prouincialibus multò esse rugosiores. Basileæ paucis hortis colitur, sed tamen ad frugem interdum peruenit

Amygdala mediocria.

Delectus.

Ambrosinæ

Locus.

Amygdalas non inter vites serendas.

Delectus à regione.

*Amygdalam
syluestris.*

*Amygdala
genero cor-
tice.*

Tempus

Rauuolff. tradit circa Tripolim in sepibus syluestres prouenire Amygdalas, quarum fructus copiosè circumferant Mauri pauperibus diuendendos. Nos quoque Amygdalos aliquot colimus Montbelgardi sed facillè gelu castigantur, quominus ad perfectam frugem perueniant. Argentinae vidimus apud insignem mercatorem Amygdala ex Italiae Genua delata ita tenero cortice, vt facillè digitis attererentur: nos nuces plantauimus Montb. in hort. Il. E. C.

Ex his quæ hyeme, Aquila ex oriente concipiunt, floret omnium prima (autore Plinio) Amygdala, mense Ianuario. Martio verò Pomum maturat. Sed de Italia sua loquitur. Sic Cæsalpinus & ipse Italus. Floret inquit, Ianuario: Martio fert matura, id est, esui apta. Mirum intra mensem matura fieri Amygdala. Placet lectio Plinij, non maturat, scribentis. Palladio & Columellæ maturant muria Oliuæ. Matura esse aliud est, teste Cic. qui lib. de senect. scribit, Poma ex arboribus si matura decidunt. Si quis tamen dicat tenellos fructus qui esui apti, dici posse maturos, per nos licet: modò concedat improprie id dici. Si autem Plin. & Cæsalp. per maturat & matura fert, intelligunt ita matura Martio, vt decidant, id notatu dignum, præferim quod Matth. tradit. In Apuleia Siciliaque optimè copiosissimeque florere vere, legi Augusto. Esto, Ver sit in Apulia Ianuario, vt pote regione calidissima: at Augusto demum legi ibi, cui regioni nulla Roma vel quæuis alia Italiae ciuitas comparari queat cæli calore, nihil aliud est, quàm dicere, citius Romæ maturari non posse.

Circumspectè Do donæus: Floret, inquit, eodem quo Persica tempore: subinde Iulio ad perfectionem perueniunt Amygdala. Florentem nos vidimus Monspelij Ian. & Feb. vbi abundant dulces pariter ac amaræ: Patauij & Lugduni Feb. & Martio: Geneuæ April. principio: & ita Basileæ, aut Martio, si mitius sit cælum veris: aut Aprili, si secus. Ita vides pro climatuum diuersitate variare florendi tempora, quod nunc semel pro semper (vt aiunt) dictum esto. Flores Patauij vsque adeo Pomorum floribus similes obseruauimus, vt facillè eis, qui prius non viderint, imponant, nisi tempus florendi diuersum, & cortex Persicorum cortici similis, discriminarent. Omnia verò Amygdala puluinati calycis operimento tandiu obiecta manent, quoad maturefcent: tum demum abiiciunt, haud secus ac Iuglandes, id quod Autumno locis minùs calidis fieri solet. Florem paulò post excipiunt folia, Salicis haud admodum dissimilia.

Porro Amygdalæ, etiamsi non pluat, dummodo aër Austrinus nubilusque sit, amittunt & flores, & primos fructus, si in flore vel post incidit, autoribus Theoph. & Plinio.

Nunc de satione & cultu aliquid dicendum. Magus apud Plinium Amygdalas ab occasu arcturi ad brumam feri iubet. Idem & Græci tradunt: nam verno satù difficiliùs comprehendit, quod arbor ea præcoci partu germinet. Pangitur auulso ramulo, viuiradice, & semine. At autore Palladio, feritur Ian. & Feb. Item locis calidis Octobri & Nouembri, semine & plantis, quæ de maiori radice tolluntur. Sed in hoc genere arboris nihil vtilius est, quàm seminarium facere. Nuces verò quæ feri debent, pridie liquido fimo macerantur: alij aqua multa madefaciunt, in caque noctem solam esse patiuntur, ne germen extinguat mellis mordacitas. Cacumina in terram rectè figuntur, sic vt

Vt vegetiores nascuntur.

lignosior pars sursum spectet. Tradunt vegetiores enasci, si in scrobiculos, quibus obiuuntur, Ferula conijciatur. Sed ipsa Amygdala, ad ponendum, & noua legamus, & grandia. Surculos qui vel arbori vel terræ credatur, præcipit Paxamus è media arbore, non summatim legendos nonnulli tamen ramulos qui de cacumine fumerentur, non infelici successe deposuerunt.

Nucem græcam Columella circa Calendas Februarias, quæ prima gemmascit, feri iubet, in agro duro, calido, siccoque: nam in locis diuersis si nucem deposueris inquit, putrescit. Antequam nucem deponas, in aqua multa, nec nimis dulci macerabis, ita iucundioris saporis fructum, cum adoleuerit præbebit, & interim meliùs ac celerius frondebit. Ternas nuces in trigonum statuito, & nux à nuce minimè palmo absit, & anceps ad Fauonium spectet. Omnis autem nux vnam radicem mittit, & simplici stylo prorepat. Cum ad scrobis solum radix peruenit, duritia humi coercita recuruatur, & ex summo duorum ramorum ambas radices emittit. Nucem Græcam aut Auellanam Tarentinam hoc modo facere poteris. In quo scrobe destinaueris Nuces serere, in eo terram minutam pro modo semipedis ponito, ibique semen Ferulæ repangito. Cum Ferula fuerit enata, eam findito, & in medulla eius sine putamine Nucem Græcam aut Auellanam abscondito, & ita adobruito. Hoc ante Cal. Mart. facito vel etiam inter Non. & Id. Martii.

Magus, autore Plinio, operosus est. Amygdala in argilla molli meridiem spectante feri iubet: gaudere & dura calidaque terra: in pingui aut humida mori, ac sterilefcere. Serendas quàm maximè falcatas & è nouella, fimoque diluto maceratas per triduum, aut pridie quàm serantur, aqua multa. Mucrone defigi, aciem lateris in Aquilonem spectante: Ternas simul serendas triangula ratione, palmo inter se distantes: denis diebus (decimo quoque die) adaquari donec grandescant.

Ceterum nihil æquè degenerat quàm Amygdalus: nam neglecta, amara efficitur: nam principio alterato, finis quoque alteratio sequitur: hinc quoque fit vt neglecta in syluestrem transeat, autore Theophrasto. Hoc cauebis si paxillum (πάξιλλον) vel clauum ligneum potius adigas, lachrymamque diutius defluentem auferas reliquumque cultum impendas.

Amygdalam etiam, dum fructum parit, neque rigandam, neque stercorandam, præterquam aridis, neque purgandam, neque vlla cura tractandam existimant, sed ab omnibus iis abstinent, ne plus æquo validior reddita fructum in flore amittat. Quamobrem agrum quoque minùs pinguem quærunt, & si post hæc fructum parere non possit, radices nudas ac detectas hybernis frigidibus abiiciunt, & reliqua coercendi (ἡ τὰς ἀλλὰς κορυφῆς) genera, ac imminutiones, quas diximus, adhibent. Bonum erit in hoc casu interdum nimiam quoque nutrimenti vbertatem detrahi: Nam omnino his ferè duobus remedij generibus indigent Amygdali, vt vel detracto nutrimento, vel ablaqueatione castigentur.

Alij quoque ne degeneret Amygdalus, sæpiùs transferri, aut adultam inferi præcipiunt. Nam vt idem Theoph. prodidit Thafij Amygdalas adultas inoculant. Ex mollibus enim præduræ post satum redduntur: quod idem vel in reliquis Nucibus fieri potest.

Mense Decembri, vel Ianuario, circa Idus Amygdalus inferitur, locis verò frigidis & Februario, autore Palladio. Si tamen surculos condias, ante-

Nux Græca quando serenda.

Vt iucundior fiat fructus. Serendi modus.

Nux Græca & Tarentina fiat

Ne sterilefcit. Cultus.

Ne Amygdalus fructum flore amittat.

Nec degeneret.

Inoculatione cauetur. Ne ex mollibus fiant dura.

Modus.

antequam germinet, vtilis sunt, qui de summitate sumuntur. Inferuntur & sub cortice, & in trunco. Inferuntur in se, & in Persico: quidam & Pruno inferunt. Palladius.

De Amygdali insitione.

Phillis odoratos primævis floribus artus.
Discissi Pruni cortice fixa tegit.
Pomaque permutat velamine Persica misto,
Duritiemque docet tegminis esse loco.
Id modicam toruat siliqua tendente figuram
Et frondes pulchro ditat odore feras.
Castaneamque truncem depulsis cogit echinis
Mirari fructus, lenia poma sui.

Inferitur Castanea.

Vt ferax sit.

Amygdalus si parum ferax crit, forata arbore lapidem adicito, & ita librum arboris inolescere finito Columella. Copiosorem fructum dari adfirmat Theoph. si ferreus palus adigatur arbori, impressoque foramini quereus inferatur paxillus quo modo in eam animaduertere volunt, perinde quasi arbor iniuria lasciuiat. Palladius tedæ cuneum terebratæ radici immergere suadet, in eundem finem.

Adversus gelu.

Locis frigidis vbi metus est de pruina, Martialis dicit hoc remedio subueniri. Antequam floreat radices nudantur, & albi lapides minutissimi mistis arenis congeruntur, & vbi iam tempus videbitur, vt debeant germinare, effossi iterum lapides submouentur.

Vt fiant tenera. Et fiant ex amaris dulces.

Teneras nucas Amygdalus creabit si antè florem radicibus ablaqueatis per dies aliquot calida aqua ingeratur. Ex amaris dulces fiunt, si circumfosso stipite tribus digitis à radice fiat cauerna, per quam noxium defudet humorem: vel medius truncus terebretur, & cuneus ligni melle oblitus imprimatur: vel si circa radices suillum stercus, vel vrinam affundas. Idem tradit Africanus. Theophrastus verò palo denso humorem nimium & abundantem educi iubet, sed ea lege ac omine ex amaris dulces euasuras, si id biennio aut triennio facias. Plinius circumfodi tantum iubet, & ab ima parte circumforari, vt defluens pituita abstergeatur.

Alius modus.

Amarefcunt si à pecore rodantur, idè ab ijs seruandæ, qui istud nolit. Cum in seminario Amygdala disponimus, si siccitas intercesserit, ter in mense rigemus, & herbis nascentibus circumfodiendo sæpè purgemus. Terra seminarij lætamen debet habere admissum.

Alius.

Amarefcunt si à pecore rodantur, idè ab ijs seruandæ, qui istud nolit. Cum in seminario Amygdala disponimus, si siccitas intercesserit, ter in mense rigemus, & herbis nascentibus circumfodiendo sæpè purgemus. Terra seminarij lætamen debet habere admissum.

Vt amarefcant.

Amarefcunt si à pecore rodantur, idè ab ijs seruandæ, qui istud nolit. Cum in seminario Amygdala disponimus, si siccitas intercesserit, ter in mense rigemus, & herbis nascentibus circumfodiendo sæpè purgemus. Terra seminarij lætamen debet habere admissum.

De seminarijs Amygdali.

Cum in seminario Amygdala disponimus, si siccitas intercesserit, ter in mense rigemus, & herbis nascentibus circumfodiendo sæpè purgemus. Terra seminarij lætamen debet habere admissum.

Quando putanda.

Putandæ sunt Nouembri mense, vt superflua & arida, & densa tollamus.

Vt si ferax.

Democritus alium modum præcipit, si ferax non sit Amygdalus, nempe tedæ præpinguis adactum terebratæ radici cuneum, infuso prius humano lotio mergere.

Vt Amygdala inscripta nascantur.

Græci asserunt, & inter eos idem Democritus nasci Amygdala inscripta, si aperta testa nucleum fanum exinas, & in eo quodlibet scribas, & inuolutum luto & suillo stercore charta reponas. Sed satis de Cultura & Mangonio.

Repositio.

Amygdala, vt Florentinus & Palladius tradunt ad legendum maturitatem fatentur, cum fuerint spoliata corticibus. Hæc sine cura hominis seruantur in longum: si difficulter corium dimittet, paleis obruta continuò relaxabunt. Item decorticata, si aqua marina lauemus, aut salsa, & candida fient, & plurimum durabunt.

Vt diu durent.

Amygdala, autore Hippoc. æstuosa sunt, verum probè nutriunt. Æstuosa quidem sunt propter pinguedinem: nutriunt autem propter carnositatem.

Vires & usus. Amare vites. Ad oculi faciem.

Dioscorides: Amygdalæ amaræ radix, si trita

decoquatur maculas in facie à Solis ardore cõtractas tollit. Ipsa quoque Amygdala illita eadem præstant: apposita verò mentes cient, & capitis doloribus auxiliantur, fronti temporibusque inducta cum aceto & rosaceo. Valent & ad epinyctidas (seu pustulas nocturnas) ex vino, itemque ad putrescentia vlcera, herpetas canumque morfus cum melle. Porro comesta dolores adimunt, aluum emolliunt, somnum faciunt, vrinamque cient. Profunt etiamnum ad sanguinis reiectionem, si cum Amylo & mentha sumantur. Ex renibus verò & pulmonum inflammatione laborantibus, conferunt cum aqua pota, aut in eclegmate cum resina therebinthina. Vrinæ difficultate affectis atque calculosis in passo opitulatur: itemque eclegmate cum melle & lacte hepaticis, tussi, & coli inilationibus, Nucis auellanae magnitudine. Quinæ senæue si præsumantur, ebrietatem arcent. Encant & vulpes cum quapiam esca deuorata.

At gummi ipsius arboris adstringit, calfacit, & contra sanguinis reiectionem potum auxilio est: cum aceto verò illitum, imperigines in summa cute tollit. Tussi diuturnæ cum vino diluto potum medetur: calculosis verò cum passo bibicum prodest. Caterum dulcis & cibo idonea Amygdala, quantum ad efficaciam spectat, multò quam amara est inferior: attamen & ipsa extenuandi, vrinæque ciendi vi pollet. Amygdalæ verò quæ virides cum suo putamine deglutuntur, humida stomachi vitia emendant.

Olei Amygdalini parandi ratione idem Diosc. hanc tradit, quod aliqui Metopion vocant: Amygdalarum amararum repurgatarum & arefactarum choenices quatuor in pila ligneo pistillo leuiter in offam contundito, affusisque aquæ feruentis heminis duabus finito semihoræ spatio humorem imbibere, tumque postea maiore vi terito, ac deinde tabellis comprimens exprimito, quodque digitis hæserit cõcha excipito. Tandem magnati iterum aspersa aquæ hemina, quam combibere siueris, idem facito. Singulas porro heminas reddunt quaterni choenices. Est autem efficax contra vuluarum dolores & strangulatus, ac eorumdem locorum tum conuersiones tum etiam inflammationes: itemque ad capitis dolores, auriumque ægrotudines, sonos incertos atque tinnitus. Iuuat & vitij renum laborantes, ægrè meientes atque calculosos, suspiriosis item lienosisque prodest. Quin & maculas tollit à facie, à Sole vstis medetur, & cutem erugat, admixtum melli, Liliij radici, ac Cyprino rosaceo cerato. Hebetem etiam oculorum aciem emendat: denique vlcera quoque manantia & furfures cum vino expurgat. Plinius ferè eadem tradit quæ Diosc. addit tamen quadã vel de suo, vel ex alijs exscripta. Amygdalæ (inquit) amaræ radicem decoctum colorem hilariorem facit. Nucas ipsæ somnum faciunt & auditatem. Vrinam & mentes cient. Capitis dolori illinuntur, maximeque, in febris: Si ab ebrietate ex aceto & rosaceo & aquæ sextario. Et sanguinem sistunt cum Amylo & Mentha. Lethargicis comitialibusque profunt capite peruncto. Epinyctidas sanant: è vino veteri vlcera putrescentia. Canum morfus cum melle. Et furfures ex facie, antè fori præparata. Item iocinoris & renu dolores ex aqua potæ; & sæpè ex eclegmate cum resina therebinthina. Calculosis & difficili vrinæ in passo, & ad purgandam cutem in aqua multa trita, sunt efficaces. Profunt eclegmate iocinori, tussi, & colo cum Eleisphaco modicè addito. In melle sumitur Nucis auellanae magnitudo. Aiunt,

Menses. Cap. dolor.

Epinyctides

Vlcera. Herpetas. Canum morfus. Dolor. Aluus. Somnus.

Vrina. Sanguinis reiectio. Pulmonum inflammatio.

Vrina difficultas. Calculus. Hepatica. Tussis. Colica.

Aduersus ebrietatem. Vulpibus. Senenura. Gummi tã peram.

Languinis reiectio. Impetigo. Tussis. Calculus. Dulcis vites.

Vrina. Amygdala virides cum putamine. Amygdalini olei amara parandi ratio.

Olei Amygdali Sires. Dolor vuluarum. Dolor capitis. Aurium morbi.

Vrina difficultas. Calculus. Asthma. Lienis obstructio. Macula faciei. Visus.

Vlcera. Furfures. Radices ad faciem. Somnus. Capitis dolor.

Lethargus. Epilepsia. Vlcera. Canum morfus.

Cutis.

Vulpiam
Senecum.
Dulcium
Sjus.
purgant.
Nuces Gra-
ca.
Morbus re-
gites.
Vitia sedis.
Oles Sues.
Purgat.
Vari
Vermiculus
aurium.

Dolor cap.
Oculorū
Vlcera.
Condyloma-
ta.
Ad somnū
An Amygd.
amara san-
guinem si-
stunt.
Cotra Plin.
O Diofc.

Vlcera pu-
dendi.

Tussis ex
præfoc. Sieri

Ephelis.

Obstructio
secoris.
Laterum
dolor.

Et dulcia a-
liqua habe-
re amaritū.
dinem.

Nulla ad-
frictio.

Ventrē non
soluunt.
Non multū
nutriunt.
Sputum.

quis ferè præsumptis, ebrietatem non sentire potiores: vulpesque, si cederint eas, nec contingat è vicino aquam lambere, mori. Minus valent in remedijs dulces, & hæc tamen purgant, & vrinam cient. Recentes stomachum implent. Nucibus Græcis cum Absinthij semine ex aceto sumptis, moribus regius sanari dicitur: item illitis perse vitia sedis & priuatim condylomata. Idem tussis & sanguinis reiectionis profunt.

Idem Plin. de Oleo Amygdalino has tradit vires. Oleum Amygd. purgat, mollit corpora, cutem erugat, nitorem commendat, varos cum melle tollit è facie. Prodest & auribus, cum rosacco & melle, & Mali Punici germine decoctum, Vermiculolique in his necat, & grauitatem auditus dicitur, sonos incertos & tinnitus, obiter capitis dolores & oculorum. Medetur furunculis, & à Sole vltis cum cera. Hulcera manantia & furfures cum vino expurgat: Condylomata cum meliloro. Per se verò capiti illicitum, somnum allicit.

Vt verum fateamur, non placet, quod scribit Plin. Amygdalas amaras sanguinem sistere: quod multò minus existimamus fieri addita Mentha, vt ille vult, quamuis idem quoque sentiat Diofc. In vtrisque enim nulla astrictio aut frigiditas, sed calor & facultas aperiendi. Quod si sanguinem sifterent, reprobanda essent in canum moribus: nec vtilis essent in obstructionibus.

Hippoc. l. 1. de morb. mul. Si prægnanti pudenda superficiario ac feruido vlcere affecta sint, Amygdalas tritas & medullam bubulam cum aqua coquere præcipit, & modica farina addita pudenda illinire, & aqua coctis Myrti baccis perluere. Idem l. 2. ad tussim ex præfocatione vteri præscribit Amygdalas amaras depurgatas.

Amygdala inquit Gal. quæ palam amara sunt, omnino extenuandi vim possident, Ephelin expurgant & excreationibus ex pectore pulmonèque crassorum lentorumque humorum impendio conferunt. In icore crassorum viscosorumque humorum in extremis vasis impactorum obstructiones abundè expurgant expediuntque. Quin & laterum dolores ab huiusmodi causa natos, & Lienis, & Coli & Renum. Porro & ipsa arbor vniuersa similem sortita vim est. Nam huius radices coctæ atque illitæ ephelides purgant. Quotquot verò sunt Amygdala dulcia, & ipsa leuiculam amaritudinem possident, quæ tamen dulcedine superante occultatur: cæterum id temporis spatio clarum fit. Qualitas autem dulcis moderatè calida est.

Idem alibi, Amygdalæ, inquit nihil profus habent facultatis adstringentis: sola enim tenuandi facultas ac detergendi in eis præpoller, quæ tum viscera purgant, tum humores è pulmonibus ac thorace sputis expectorant. Quædam autem ipsarum facultatem habent succos crassos ac lentos incidendi adèd exuperantem, vt mandi præ amarore nequeant: oleosæ tamen ac pinguis qualitatis, vt Nuces, participes: cuius causa, & ipsæ procedente tempore fiunt, vt illæ, oleosæ. Minor tamè eis inest hæc qualitas, quam in Nucibus: quo fit vt tardius, quam Nuces, oleosæ fieri cernantur. Ex ijs sanè intelligi potest, quod neque ventri subducendo cõferunt, neque corpus multum nutriunt. Quæ verò qualitatem amarâ habent præpollentem, eæ ad pus & succos crassos ac lentos ex thorace & pulmonibus expuendos plurimum conferant.

Rursus alibi: Amygdalæ amara Mundificant & tenuant, & aperiunt oppilationes hepatis, & adiuant ad spuendam humiditatem ex pectore & pulmone.

Et de simpl. med. Galeno attributo opusculo hæc leguntur: Amygdala est & suavis & amara, & vtraque viribus stiptica: magis tamen sunt in vsu medicinæ, & aptiores amara, eò quod subtiles magis. At paullo antè ex eodem Galeno traditum nihil planè astrictiois habere amygdala: ex quo patet librum hunc esse spurium, non genuinum Galenij. Hunc posteriorem locum sequuti Germani pierique falso sibi persuadent Amygdala ventrem stringere. Eoque res venit vt mulierculæ medicastræ, quæ hoc à non multò se doctioribus hauserunt annulatis togatisque pecoribus, ignorantia aut sint insinuare ipsis contrariū persuadere conantes: sed mundus vult decipi, decipiatur ergo.

Porro quod de facultate Amygdalarum aduersus ebrietatem supra ex Plinio & Diofc. adduximus, quia id non parum momenti apud quosdam potiores habere videtur, sciant, si in sua arte confirmari velint, eiusmodi effectus causam esse amaritudinis vim exiccantem, & humiditatem discutientem, vtj vult Plutarchus in sympof. lib. 1. quæst. 6. quo loco refert apud Drusum Tiberij Cæsaris filium Medicum quendam, (nimirum voluit ex arte bibere) qui alios omnes subinde bibendo vincere solitus erat, antequam potaret, quinque sexuc Amygdalas edentem fuisse deprehensum: ac deinceps id facere prohibitum, à vino facillimè superatum fuisse, immò ne tantillum quidem ad computationem perferendam valuisse. Bellum verò mehercle Medicum, qui quod naturæ contrarium deprehendit, ne arte destitutus videretur, arte comparandum, vel sanitatis morumque adèd iacturâ, non dubitauit. Vtinam non essent hodie, qui ne Amygdalis quidem ad eam rem egerent. Eandem historiam ex Plutarcho citat quoque Athen. qui tradit præsumptas Amygdalas bibendi appetentiam summopere excitare. Eupolis:

Da quas manducem Naxias Amygdalas:

Da vinum quod bibam è vite Naxia.

Ipsè quoque Diofc. in Eupor. mulsam Amygdal. amararum Cyathi vnus mensura ebrietatem arceret tradit. Nouimus tamen, qui amuletum illud aduersus ebrietatem in vsu habentes, nihilo secius à Baccho obruuntur, ac nimia sui remedij fiducia decepti, ita prosternuntur, vt nec manus nec pedes suo ampliùs fungi possint officio: vt cogitare necesse fit:

Vicisti tandem Baccho, Vicisti.

Diocles apud eundem Athen. scribit nutrimenti multum Amygdalas suppeditare (hoc sup. Galenus negauit) iucundas esse ventriculo, calfacere, quia oleosum quippiam habeant: τὸ ἐλαϊώδες. Sic legit Ruellius. Quidem legunt ἐρρυχώδες: alij κερρυχώδες: alij ἐρρυχώδες. Ruellium sequitur Dalech. quamuis certum sit, vt idem quoque annotat, illos qui plurimum nucibus vtantur, rauescere, humectata illarum pingui liquore tunica interiore gutturis. Amygdalarum tamen minus operosa coctio est. Quamobrem citra noxam multas edimus.

Diphilus scribit, Amygdalas attenuare, prouocare lotium, purgare, parum nutrire: recentes ac virides prauum succum gignere, & cum pauciorum: siccas autem inflare & innatare magis: teneras, plenas, albas, lacteas meliorem succum gignere: ex siccis Thasias & Cyprias, quia sunt teneriores promptius excerni.

Mnesitheus Atheniensis libro de edulijs, scribit: Amygdalas & Nuces Persicas castaneis esse deteriores, ex his tamen & cæteris cunctis nucum generibus in vniuersum edendum nihil esse quod

Scriptica.

Lib. de simpl. med. non est Galeni. Vulg. Ger. manorum error.

Ratio cur Amygdala ebrietati resistant.

Medicus potator artificiosus citatur.

Naxias.

Experimentum comitari.

Lesio apud Athen. Gal. via.

Purgans. Panum vtrius. Vrinam cient. Thasia Cypria.

quod non sit igne coctum, præter virides Amygdalas. Siccas enim pingues esse, quarum nocentissimam pinguedinem absumat ignis. Cæterum Diocles scribens nutrimenti multum Amygdalas suppeditare, cum Galeno, dicente, non multum nutrire, sic conciliari potest. Parum nutriunt, si comedantur cruda cum cute nucleum immediate integente, & non optimè masticata: vsque aded compacta & densa eorum substantia est, vt obseruauerimus in multis portiones Amygdalarum deuoratarum, ac dentibus non benè attritarum, integras reiectas. Optimè verò tritas, vt teruntur pro lacte Amygdalino & aliis cibis ac *εμβλαμναισι*, facile crediderimus cum Diocle posse multum alimenti suppeditare.

Mnesitheus quoque fortassis considerans incoctas reici Amygdalas, dixit eas, & Nuces Persicas Castaneis esse deteriores. In Castaneis sanè pulpa non ita solida & còpacta: nec obseruauimus vnquã incoctas frustulatim reiectas vt Amygdala.

Simeon Sethi eadem ferè de viribus quæ Dioscor. & Plin. habet: Is tradit modicè calidas esse, satis nutrire, attenuare & incidere. Amaras dulcibus esse calidiores: ebrietatem eius dici auertere. Oleum Amygdalarum dulcium, quod eadem ratione vt amararum exprimi potest: (modum familiarem docebimus postea) modicè & temperatè calidum esse: iecoris obstructiones aperire & auertere: Pulmoni etiam & pectori vtile esse, quod postremum nostra experientia multorum commodo sapissimè exploratum.

Serapio ex Aben Mesuài, foliorum & florum Amygdalæ expressuram succum epotum ascarides cum purgatione deturbare scribit. Eodem colluta inguina fetorem amittere, iniectum auribus necare vermes. Oleum nucleorum (subaudi amararum) conferre dolori aurium frigido, & morbillis conferre illitu.

Mesues Oleum Amygdalarum duleium magnis extollit laudibus, asperitatem gutturis, pulmonis, & partium cæterarum etiam externarum lenire, duritiem omnem ac siccitatem iuncturarum & partium aliarum emendare: impinguare, conferre heceticis, semen augere, ardoriq; vulvæ & vrinæ iniectum commodare. Et est sanè medicamentum verè *εὐπρόσβητον*, & ad multa efficax, blandum, gratum, & velut quidam typus aliorum oleorū generis eiusdem: scimus quid possit in colico dolore, ab induratis facibus, ab humore acris: in quibus tuto & maximo successu multoties exhibuimus. Sed recenter oportet esse expressum: datur ab vncis tribus ad libram semis plus minus, vel per se, vel cum iure carniū. In constipata aluo, mite, tutum & probatum experimentum, etiam renum dolore diuexatis. Est etiam insigne anodynum, & vnicum propemodum infantium medicamen.

Idem Mesues oleum Amygdalarum amararum tradit obstructa aperire, flatus resolvere & dissipare, etiam in aurium tinnitu, & eiusmodi aurium morbis, asperitates lenire, neruorum mulcere dolores, durities mollire, panum faciei delere. Auicenna scribit pilulas fieri ex Amygdalis & oleo Amygdalino ad famem diu tolerandam. Illud consideratione dignum, quod apud Auic. legitur gummi Amygdalæ adstringere & calefacere, quod nobis quidem vero minus consentaneum videtur, quamuis in eo ipsum aded Dioscoridem securus videatur. Facile concesserimus adstringere per accidens, nempe glutinando, viscido liquamine in humore aliquo dissolutum,

Tom. I.

qua ratione dysentericis quoq; prodesse putamus. Sed de hac re doctiorum esto iudicium, aut quibus est in hac re aliqua experientia.

Non omittendum quod Trallianus tradit Amygdala & Pistacia in hepaticis dysentericis caueri debere, eò quod facile corrumpantur, & oleosa sint, promptèque in bilem mutantur, & excrementum asperius reddant, vt hinc venter magis, crebriusque iritetur. Idem alibi præcipit de purulentis: si aluus non sit citata succum Amygdalarum, sin autem sit citata nihil prorsus de iis exhibendū. Quo sanè loco, (quamuis & alios iam supra ex Diosc. & Plinio citauerimus huc facientes) facile refutare possis nostrorum Germanorū, opinionem qui existimant adstringi aluum vsu lactis Amygdalini. At nos vix existimamus concedendum Tralliano in hepaticis Dysentericis caueri debere Amygdalas, eò quod facile corrumpantur & oleosa sint, proruptèque in bilem mutantur. Nobis enim videtur ea quæ difficulter concoquantur, non facile corrumpi & in bilem mutari. Nec oleositas tanta est in Amygdalis non rancidis, quæ id præstare possit. Cremor quidem eorum facile acefcit, si loco reponatur calido: non propterea in bilem vertitur. Sunt tamen qui moti autoritate Auic. dicentis Amygdalas ob suam vntuositatem commouere choleram, sibi persuadent non tutum cremoris Amygdalini usum febricitantibus, & iis qui stomachum biliosum habent, facile inflammari, mittere ad caput vapores, vulnerato capite his non vtendum, excitare dolorem capitis. Nos in cremore vntuositatem illam non obseruauimus, nec quicquam nocentorum iam dictorum, licet in febribus & calidis morbis sæpè vsi simus, & vtamur ipsi in dies, etiam in nostro corpore. Quod si etiam vel tantillum eiusmodi vitiorum iis inesset, aqua vel simplex, vel hordei decoctum, quo cum parari iubemus, id facile emendat. Sed diligentibus medicis ista deinceps curiosius examinada relinquimus: quæ ipsi obseruauimus, annotamus & in publicum conferimus: aliorum obseruationes non spernentes, si ratione & experientia confirmantur. Ridenda profectò & eorum sententia, qui lacteum cremorem è dulcibus Amygdalis parari solitum dari minima debere anhelolis cæterisque pectoris & pulmonum vitiis laborantibus contendunt, quod falsò sibi persuadeant cremorem hunc omninò adstrictoria facultatis non obscure esse participem. Amygdalarum in cibis vsu genitale augere semen volunt, quod profectò vix alia fieri queant ratione, quàm quod multum nutriant eà quæ supra dictum ratione est. Etenim semen excrementum benignum vltimi alimenti. Nam nec magno aeris calore, nec flatulenta qualitate (quæ duæ etiam causæ semen excitare & stimulare solent) illud præstari certum est.

Tragus Amygdalis adstrictionem non tribuit quidem, sed tamen addit. Amygdalæ in cibo vsurpatæ præsertim si pulles ex iis conficiantur, adhibita aqua, in qua candens Chalybs extinctus fuerit, aluum lubricam adstringunt: At id nos Chalybi tribuimus non Amygdalis. Succus Amygdalæ amare expressus coxendicum dolores lenit, teste Sereno.

Amygdalis, inquit Matth. plerique vtuntur & ad roborandam venerem, & ad reficiendas vires, quamuis Galenus non multum alimenti suppeditare scribat. Ægrotantibus nutricibus, Amygdalino lacte, cum aqua cardui benedicti extracto dies aliquot infantes sustentari possunt. Amyg-

Cautio?
Alia Causa

Germanorū error
denuò refutatur.

Cur Amygdala semen
augeant.

Qua ratione
ne adstringant Amygdala.

Ad Generos
Ad Sires.

Olei Amygd.
amar Sires.

Pilula ex
Amygd. ad
samen.

Ahic. not.

Q

dalæ dulces masticatæ gingiuarum dolores tollunt.

Virides Amygdala. Earumque vires.

Cautio.

Virides Amygdalæ, suo integro operimento, comestæ, vt tradit Amatus, bonum faciunt stomachû, & illû ab humiditate emendant. Quia verò Hipp. astuosas dicit ob pinguedinem, ideo Auic. dixit sanic earum commouere Choleram ob suam vntuositatem: ad quod aduertant (infit Amatus) qui indiscretè febricitantibus Amygdalatum porrigunt, aut saltem ijs qui stomachum biliosum habent, ne magnum adferant ægris nocumentum. Sed de hac re paulò antè iudicium nostrum diximus.

Dulces Amygd. Oleum.

Aurium obstructio. Timnus.

Urina difficultas Calculus.

Quorundam error.

Dulces Amygdalæ, teste Turnero, cerebri substantiam augere creduntur, macilentis vtilis. Earum oleum ad Conuulsionem à siccitate laudatur: amararum verò oleum, vno gradu, eo quod ex dulcibus exprimitur, calidius est, accommodum auribus obstructis, flatu distentis crassiusculo, tinnitibus, surdastris, verminantibus. Experimentiâ compertum est, hoc oleum præ cæteris omnibus oleis, auribus esse conuenientissimum. Amygdala amara, sumpta cum vino dulci, vt muscatellino, aut arte facta, quod *Bastard* Galli vocant, vrinam prouocat, ac vrinæ difficultatem tollunt, profunt laborantibus calculo & arenulis, teste Dod.

Lactina refert Amygdala dulcia difficulter coqui à ventriculis debilibus, mittere ad caput vapores, ideoque reprehensione dignos esse medicos, qui in omnibus naturis & morbis ægris præscribunt Amygdalatum, quòd facillè inflammentur, nisi admisceantur semina Melonum aut Cucurbitarum & papaueris. Nos verò Lactis seu emulsione Amygdalarum dulcium ex decocto Hordei deglubiti, in calidioribus affectibus pro potu vitimur: Addimus etiam interdum semina Cucurbitæ ac Melonum, etiamque papaueris albi & lactucæ, si vigiliæ vrgeant.

Brucinus de re cibaria: Mirum, ait, cur obefiores fieri veicentes Amygdalis nonnullis sit traditum, cum leuiter alant. Sed mirari desinet, si cogitauerit tales vel esse famelicos & proinde firmo stomacho, vel sanè in quæstione adhuc esse vtrumque ab eo positum: vel denique Amygdalas non primariam esse impinguationis causam, neque simpliciter verum esse, leuiter alere, quamuis Gal. id scribat. Sunt enim & multi alij, qui contrarium statuunt.

Cautio.

Paræus in sua Chirurgia, in fractura capitis non vult læsos vti Amygdalato, dicens Amygdala excitare dolorem capitis. De hoc quoque antè dictum. Nec videmus, qua id ratione fieri queat. Sæpe accidenti alicui hæc vel illa assignatur causa, quæ nihil minùs quam eius causa est. Ratio inspicienda, non negligenda experientia, si cum aliqua ratione coniuncta sit. Alioqui ne experientia quidem fuerit.

Harchius in suo Enchiridio Amygdalarum vires quasdam paucis versiculis complectitur:

Decoctum faciem decorat capitisque dolores sanat, at in fessu menstrua pigra ciet:

Conciliant somnia fructus.

Quoniam verò compositionum aliquot in his Amygdalarum viribus meminimus, placet præcipuas aliquot hic in gratiam studiosorum adijcere.

Eclegma ex Amygdalis, eiusque vires.

Prima sit Eclegma illud Mesuei, phtisicis saluberrimum: sed etiam hecicis & aliter consumpris, quod, & tussim lenit, ac intemperiem multum siccam pulmonis & thoracis, & tussim inde siccam. Recipit autem Amygd. dulcium & amar. seminis lini torrefacti, nucleorum pineo-

rum, anisi, trigacanthi, gummi Arab. sicci & rad. glycyrrhizæ ana drach. vnam & dimid. sacchari, penidior. ana drach. tres: excipiantur mellis & succi fœniculi simul coctorum quantitate sufficienti.

Ex Amygdalis & Amylo Sepalsarij hodie delicatis, & deliciarum mancipijs placentas, *Marpican* vulgò vocant, conficiunt, quas consultius erat ægris exhiberi, quàm nocturnis computationibus, quod ferè fieri solet, inseruire. Meliores his delicatiorésque fiunt ex Amygdalis cum saccharo & aqua rosata. Tabidis conuenientissimum est sequens.

Amygd. dulcium exortic. vnc. ij. pinearum vnc. ij. passul. enucleat. & decorticat. pulpæ dactyl. ana vnc. j. & f. gummi arab. & trag. ana drach. j. Amyli vnc. ij. pulpæ capi elixi vnc. iij: fructus macerati cum aqua cum reliquis tundantur, & saccharo paulatim asperso fiat massa: indeque cuiusq; figuræ panes sensim siccandi. Addere potes & semina cucurb. & melonum cum semine papaueris si magis refrigerare voles. Præstans quoque est Pasta regia Mesuei ex iisdem parata: Nec tamen dicenda, ne potius ad pompam, quàm ad studiosorum compendiû & historiæ huius gratiam id præstitisse videamur, Videat apud ipsum, qui volet. Labet tamen Lactis Amygdalini modum docere, propter exoticos, ad quos fortè hæ nostræ lucubrationes, si Deo ita visum fuerit, vt mereantur, peruenient, apud quosque fortè non est in vsu.

Amygdal. dulcium à cuticula purgatarum, (quod sit aqua tepida, non feruente, ne oleosa substantia prouocetur in actum, sicque lac non benè album fieret) quantum voles, vnc. iij vel iij: addi possunt semina melonum & cucurbitarum, itidem decorticata ad vnc. j. sem. lactuc. & papau. albi (præsertim si refrigerare magis voles, somnue placidum, non violentum, quod sit opiatum, accersere,) singul. drach. j. vel ij. contundantur in mortario marmoreo, quod omnium optimum ad hanc rem, sensum affusâ aquâ coctâ, aut decoctionis hordej, vel etiam sero lactis, pro ratione scopi, trajice per linteam, & in loco frigidiusculo reserua: nam citò acefcit. Possis & cû solo hordeato & Amygdalis parare.

Hæc quæ sequuntur desumpta ex Gesn. libello de lacte & operibus lactariis obliuioni tradenda non sunt. Naturæ lac imitatur Amygdalatum, quod tum ad delicias, tum ad sanitatis beneficium ætas nostra frequentissimè parat. Amygdalæ circiter libræ pondere calidâ resoluuntur, vt facilius cortice spolientur, deinde cum pane excuato tunduntur. Tusa ac dissoluta recenti aqua in cacabum per setaceum funditur, & procul flammâ in carbonibus agitata cochleari, propter fumum, coquuntur. Sacchari adiicitur scilicet. Parum cocturæ amant, liquidum enim hoc ferculum magis quàm spissum placet. Sunt qui & aquam rosaceam addant. Idem ibid. Caseus ex Amygdalino lacte. Amygdalinum lac ouis temperato, salitum decoquito, & si libet crocum adijce, aut alia quælibet aromata: tum densatum igne cochleari diligenter permiscebis, & impones setaceo, vt quod liquidius est defluat, tandem saccharatum conuiuis appones.

Si etiam lac cæruleum facere volueris, Amygdalium cû cyani floris succo para loco aquæ. Huic deinde oryzam aut far incoquere licebit. Aliud cibarium ex Amygdalis, lac coagulatum referens. Amygdala tusa per setaceum transferes cum aqua, deinde calfacies ad ignem semper agitandò

Marpicanis.

Alius.

Alius ad Tabem.

Lactis Amygdalini preparatio.

Amygdalatum.

Caseus ex Amygdalino lacte.

gitando rude, miscebisque ius piscium, siue de pedibus vitulinis aut ouinis gelatum, ac vtæris frige- facto. Nos non possumus nobis persuadere ex floribus cyani tantum succi posse extrahi. Colerus in libris de coquinaria multa præclare para- te docet ex Amygdalis, quem consule.

Nec tacendum quod Theoph. scribit Amygda- læ arboris cinerem lixiuique vt acerrima, ad for- naces artèsque aliquas commoda materie vtiles esse. Dalech. quoque annotat, Gummi Amygd. in vsu multo esse ad pannos sericeos oblinendos (vulgò artifices id aiüt, donner l'eau, dare lustrum), firmiores vt sint, ac minùs corrugati laciniati que, & minùs obterantur.

Dictæ sunt vires, dicantur & noxæ. Tradit Marcellus Virgil. selem non vltra septem aut octo Amygdalis amaris haustis torqueri cœpisse, & velut furiosum circumactum, toto tandem corpore distentum periisse, non vltra horam à ci- bo illo protracta vita.

Matth. quoque non solùm Diosc. sententiam confirmat de Amygdalis amaris lethali- bus vulpeculis: Sed nos idem quoque accepimus verum esse, ab industrio Io. Lutzio, pharmacopæo Kir- chensi in Ducat. Wirtemb. qui narrabat ex ma- gmate expressionis olei Amygdalarum amararum in plateas eiec- to, mortuas aliquot gallinas, quæ id. comedissent, quod olim quoque monuerat Matth. in historia Germanica. Meliùs itaque posthac suis rebus consulent, si istud magna mulierculis & deliciæ deditis virginibus aut adole- scentibus dono dent, quod est præstantius ad ex- terisionem manuum & faciei, loco saponis, tam ex dulcibus, quam ex amaris.

AMYGDALOPERSICVM.

CAP. VIII.

Descriptio
Folia
Flos.

Arbor est inter Amygdalum & Persicum am- bigens, materie, folio, fructu. Folia enim oblonga, ferrata, pediculo plusquam semunciali, virentia, sapore amaro. Flos quinque constat foliolis rotundis, colore carneo, vngue sangui- neo, staminibus multis purpurantibus, ex umbili- co caliceue quinquepartito rubente. Carnis pul- uinus, densior & copiosior quam Amygdalis: mi- nùs copiosus quam Persicis. Os licet Amygda- larum, vt persicis tamen rugosum: nucleus qualis Amygdalis. Teneriorem fructum, antequam durecat putamen, condiunt. Nucleus verò e- dulis vt Amygdalarum, à quibus vix gustu di- scerni queat.

Fructus.

Os.

Vfus.

Locus.

Visa nobis primùm hæc arbor in horto nobi- lissimi Viri Iacobi Waldner à Freudstein in Har- tenschuuiler superioris Alsatia, ex qua ossicula plantauimus Montbelgardi. Noua progenies, quæ ex Amygdalo seu nuce Græca & Persica fa- cta, seu Amygdalopersicum, Carol. Steph. *Amygdalo Persicus* arbor Græcis haud nominata Ge- fnero. Consideret tamen Lector quæ de Nuci- persico dicta sunt in superioribus. Amygdaloper- ficus, cuius exterior pulpa Persicum pomum sapit, nucleus interior Amygdalû Camer. Amygdaloper- ficum nunc in Alsatia frequens, cuius ossicus cortex persici instar rugosus, & nucleum Persicum solet, grati saporis: fortè Persico primò insita. C. Bauh. Germ. *Weinbaum halb Mandel vndt persich.*

Syuonyma

Locus.

Gal. *Amande Peschier.* It. *Mandiola Persico, Mezo Mandiola mezo Persi-*

60, 66.

Tom. I.

AMYGDALAM REFERENS
FRUCTVS HIRSVTVS.

CAP. IX.

Scribit Clus. in Exot. A Iac. Gareto accepimus fructum qui ita Amygdalam referebat vt primo aspectu Amygdala esse videretur: sed lon- gi villi quibus erat oblitus, diuersum esse ostende- bant.

Huius exhibet figuram in tabella sub numero quarto, Erat autem inquit, vncia paulò longior, minùs vncià latus, fuscus, vndique villis oblitus (nisi vbi attriti & deterfi erant): in dorso autem longioribus, coloris inter fuscum & spadicum mixti, cortice verò aded tenaci, licet tenui, præ- ditus, vt magna difficultate aperire possem: nucle- um enim continere, ex spiritu quem motus age- bat, intelligebam: erat verò Amygdalæ suo puca- mine exemptæ par magnitudine, vno tamen la- tere sinuosus aliquantulum, vt Phaseoli formam veriùs exprimeret, quam Amygdalæ, quique in binas partes separari poterat, tenui candicante membrana tectus, ob vetustatem cariosus, vt quis esset eius sapor discernere nequirem. Solet verò interdum is fructus adferri muriâ conditus, formâ penè exigui cucumeris, sed multò saturati- ore viriditate præditus, qui muriâ exemptus, paulatim flaccescit, & pulpa tandem in pollinem cum cute resolutâ nucem relinquit, eiusmodi vil- lis tectam, vt obseruabam in ea quam ab ipso accipiebam anno 1602. binas vncias cum semisse longam, vnciam aut paulò ampliùs latam. Illum autem fructum anno insequente *Mangas* esse de- prehendebam: de quo consulendi Garcias cap. 9. lib. 17. Christophorus à costa cap. 43. & meum in illud caput scholium:

Adferebat mihi Anno 1599. Franciscus Rodi- guez, Bengalæ regno oriundus, ex Bantam la- uæ imperio, Mangas arboris istic nascentis ali- quot folia, cum fructus eiusdem arboris nucleo. Erant verò ea folia densa, & quodammodo cuta- cea, instar annotinorum Laurocerasi foliorum, nouem, decem interdum plures vncias longa, bi- nas cum semisse vel tres lata, in ambitu non ser- rata, oblongiusculoque mucrone prædita, crassio- re neruo illa per medium secundum longitudi- nem secante, à quo vtrinque sedecim vel septen- decim crassiuscula venæ in latera excurrerant, tenuioribus aliquot venulis vix apparentibus in- terseptæ: ea manducata acrimoniam habere de- prehendebantur, quia forsitan resiccata.

Miror autem neque Garciam, qui hanc arbo- rem in suo prædio habuisse scribit, neque Christo- phorum à Costa, qui plura eius genera facit, & plantas ipsas ad viuum expressisse non vno loco gloriatur, foliorum formam declarasse.

Nucleus porrò longioris Amygdalæ suo crasso operimento repurgatæ magnitudinem habebat, membrana tectus, cinerei coloris, substantia au- tem penè instar nucis *Fausel* siue *Areca* constans, in qua nullam amaritudinem, imò ne alium quid- em manifestum saporem deprehendebam, nisi in resiccato (qualem accipiebam) euaniisset. Ad scriptum erat valdè commendari ab inco- lis.

Eiusmodi autem fructus immaturos & adhuc tenellos, muriâ conditos, postea adferebant quot- quot nauigationem instituebant in Indiam, quibus in reditu cum aliis cibis vescerentur, teneriorum cucumerâ muriâ etiâ conditorum loco, vt mo-

Amygdala
similis.

Descriptio.

Nucleus.

Phaseoli
forma.

Muriâ con-
dita.

Mangas.

Locus.
Mangas.
Folia Lau-
rocerasi.

Garcia &
Costa no-
tantur.

Amygdala
formam
clem.

Fructus
muriâ con-
diti.

nis est plerisque Germanica locis, similes cucumeres mensis adponere, atque etiam in Vngaria, cum asinis carnibus. Mihi autem donabantur similes bini fructus ex illis quos Iacobus van Neck anno 1603. referebat, erantque diuersæ magnitudinis: vnus enim quatuor uncias Inogus aut amplior, totidè ambitu complectens, qua parte crassior: Alter paulò minor: vterque tamen eiusdem formæ breuique & crasso pediculo præditus, crassior summa parte pediculo proxima, gracilior infima, & mucrone nonnihil curuo: aperti membranacum inuolucrum continere deprehendebatur oblongum, longiori Amygdalæ suo puluino liberatæ penè simile, quo nucleus eiusdè formæ tectus erat. Retinebat adhuc hic fructus, licet muria conditus, tantòque tempore adseruatus, satis gratum odorem.

Sapor.

AMYGDALI FACIE FRUCTVS
EXOTICVS HIRSVTVS.

C A P. X.

Descriptio.

Peregina raritate perelegans hic fructus Amygdali suo puluino non exuti speciem facie externa haud obscure representat, cui & figura sic satis conuenit: quippe quæ oblonga, compressa, altero latere modicè sinuato, ex quo tuberculum barbatur eminet, opposito arculatum gibbo. Nucamento cateroqui est firmo, duro, foris villis densè obsito, pallidis & subfirmis, quales ferè pili porculorum, umbilico quo adhæsit conspicuo satis, & Persicorum simili, à quo per fructus longitudinem sulcatæ lineæ protenduntur. Fructu aperto, corticis facies interna penitus glabra, lauis & eburneo nitore conspicua. Sed nucleus qui intus latet, figura phaeolacea est cavitatem adimplens, proportionè nucamento respondens, qui geminus membranula quadam per media dispelcitur, seu pariete intergerino: membrana tamen communi & nigricante connectitur. Nuclei substantia subdura qualis glandium verustiorum, extrinsecus coloris fusci, interiùs fului: sapore medullosa, subdulci. Exhibuit nobis frater C. Bauh.

Velle.

Nucleus.

Membrana

Sapor.

Hunc eundem fructum anno 1608. accepi ab Illustr. Principe Sibylla Anhaltina Wirtemb. quem tunc sic descripsi: erant autem duo: vnus villosus Amygdalæ similis, compressus, sonorus, sono apparebat contineri nucleum: alter idem, ni fallor, cum præcedenti, cinereus, pilosus nonnihil, à quo erant detracti pili, vel villi potiùs, cortice sulcato, fragili, sub quo erat tenuis membrana, qualis in ouis, ex albo cinerea, separata à cortice, modo dicto, & à nucleo contento: nucleus, ni fallor, erat compressus, phasiolum aliquo modo exprimens, partim nigricans, partim rubescens, qui in duas partes distindebatur, videbatur durus, qui tamen faciliè deraderetur, saporem nullum manifestum animaduerti. Hi mihi videntur idem esse, cum *Manga*, siue *Amba* antè dictis.

DE PRVNIS

C A P. XI.

Descriptio

Notior est Prunus, quam vt longa serie verborum sit copiosè describenda. Dicamus



ramen, Mediocris est altitudinis: folia pomi nigriora glabra, crenata: flores vt in syluestri, cædidi, maiores: caudex satis crassus, firmus, materie rubescere aliquatùm, sed pulchrè retula circa interna, præsertim verustiorum, dura mediocriter & tractabili. (Cassalp. materie fragilem dicit, quàm benè, norunt qui lignum hoc sæpius tractant, nisi fortè ramos extremos intelligat)

Folia. Flores

Lignum. Cassalp.

Gumm. Fructus.

cortice sulco, scabro: ex quo refudat gummi fuluum, pellucidum, origratum. Fructus nihil aliud sunt, quàm succulenta quædam pulpa, tenui tunica obducta, magnitudine, colore, callo, sapore, infinitè propemodum variantes: Os compressum, magna parte oblongum, dentibus fragile, nucleum subamarum gustu continet. Pruni autore Theophrasto radice nituntur longa, numerosa, robusta ac mori contumaci.

Synonyma differentia

Prunus κοκκυμηλέα. Diosc. arbor nota est: is meminit Syriacarum, & maximè quæ in Damasco nascuntur, & syluestrium ac gummi arboris Pruni.

Coccimelea Syriaca.

Est & sua Prunus, seu κοκκυμηλέα Ægypto, quàm Theoph. sic describit. Alia quædam Arbor [Ægypti] Prunus est, procera, fructu, natura & magnitudine Mespilis similis, nisi quòd nucleum rotundum habet. Florere incipit mense Iulio, fructum maturat circa brumam. Folia non amittit: [in vulgatis legitur φύλλον δ' ἐστίν, quam lectionem Cornarius sequitur, vertitque, folium ipsi manet. Sed hic sensus ex Græcis verbis extorqueri commodè nequit: sequimur itaque Plinij & Gazæ lectionem, quam & Dalech. approbat, sic ἀέριον δ' ἐστίν] Qui circa Thebaidem habitant, ob luculentam huius arboris copiam, fructum siccant, & exempta nucula tundunt & in massas cogunt. Idem Theoph. de Pruno sparsim dicit, super fructum ipsum florem insidentem emittere, semen habere ligno opertum vel crusta. Hæc Theoph. de Coccymelea siue Pruno, qui & l. 9. meminit πρένης, in qua humor in lachrymæ modum gignatur de qua voce infra copiosius hoc ipso capite.

Damascena Prunus Ægypti

Mespilis similis.

Corn not.

Theoph loc.

Plinius de Pruno Ægyptia paulò aliter scribit, sic: ibi [circa Thebas] & Prunus Ægyptia, non dissimilis spinæ proximè dictæ, [Ægyptiæ] pomo Mespilis, maturecens bruma, nec folia dimittens. Lignum in Pomo grande, sed corpus ipsam natura copiaque meliorem instar incolis. Purgatum enim tundunt, seruantque eius offas. Vt mirum nobis videatur quid Dalech. viro doctissimo venerit in mentem, quòd ad hunc Plinij locum citatum adnotaret hæc verba. Vide Theoph. cap. 3. l. 4. hist. qui natalibus cum Plinio conuenit, alia re nulla prorsus. Quæ hæc quæso oscitantia est? Tantum mehercule abest, vt nulla prorsus re conueniat præterquam natalibus, vt Plinium hunc locum ex ipso Theophrasto

Pomo Mespilis.

Dalech. not.

Coccymelea
Myrobal.
Emblia.
Chrysobala-
nus.

ho transcripsisse indubiè adfirmare ausimus. In hoc tamen euariat Plinius à Theophrasto. Hic Mespilo comparat: ille spinæ Ægyptiæ: hic nucleum rotundum, ille lignum grande dicit: reliqua re ipsa eadem, verbis tantum discrepantia. An verò Coccymelea Plinij seu Theoph. sit Myrobalanus emblica officinarum, vt & Chrysobalanus Galeni flaua, vt ex quorundam sententia annotat Dalech. suo loco patebit. Prunis, inquit Plin. succus aquosus: foris corpus, intus lignum.

Differentia
Prunorum
Plinio.
Hordearia.
Alfina.
Nigra.
Cerina.
Purpurea.
Armeniaca
Nucipruna

Alibi verò diligenter persequitur differentias his verbis. Ingens turba Prunorum, versicolor, nigra, candicans. Hordearia appellata, à comitatu frugis eius, (quod cum Hordeum meretur ea maturefcant.) Alia eodem colore seriora maioraque, Alfina cognominata à vilitate. Sunt & nigra, ac laudatiora cerina atque Purpurea. Nec non ab externa gente Armeniaca, quæ sola & odore commendantur. Peculiaris impudentia est Nucibus insitorum, quæ faciem parentis succumque adoptionis exhibent, appellata ab utroque Nucipruna, Et hæc autem, & Persica, & Cerina, ac syluestria, vt Vuxæ, autumno cadis condita, vsque ad alia nascentia ætatem sibi prorogant. Reliquorum velocitas citò mitescentium (maturefcientium Dal.) transuolat. Nuper in Bætica Malina appellari cœperunt Malis insita, & alia Amygdalina, Amygdalis. His intus in ligno nucleus Amygdalæ est: nec aliud Pomum ingeniosius geminatum est. In peregrinis arboribus dicta sunt Damascena, à Syriæ Damasco cognominata, iam pridem in Italia nascentia, grandiore quinquam ligno, & exiliore carne, nec vnquam in rugas ficcata, quoniam Soles sui desunt: (quanquam Soles sui non desint:) sed Pruna omnia post Catonem cœpisse manifestum est. Cereæ quoque Virgil. celebrat vnic.

Malina.
Amygdalina.
Damascena.
Pruna post
Catonem.

Cereæ Virgil.

Sunt autumni Cereæ Pruna dic.
Et in Ecloga 2.
Addam Cereæ Pruna, & honos erit huic quoque Pomis.

Cereola.

Columella: Armeniisque & Cereolis Prunisque Damasci.

Nigra.
Generosa.
Cereæ.
Damascena.

Et Ouid. in sua Metamorphosi,
Prunaque non solum nigro liuentia succo,
Verum etiam generosa, nouasque imitantia
ceras.

Galenus Iberia & Damascena celebrat, vti patebit in viribus. Palladius ea Damascena dicit, quæ suo seculo ficcabantur in sole per crates loco sicciore disposita. Talia etiamnum hodiè in officinis Damascena dicta sunt: Δαμασκηνὴν κοκκίμηλον Athenæo tamquam ab alijs diuersum (alij tanquam cæteris præstantiorem) quæ gignuntur in alijs regionibus. Pruna igitur hæc sunt & alijs & Hipponacti memorata, vt refert idem Athen.

Coronam habui è Prunis atque Mentha.

A lexis;

Prunorum
Coronæ con-
certatorum
& præmiū
Victoria.

A. Quin & in somnis videre visus sum mihi
Præmiū victoria. B. Quale id erat dicitur.
A. Aduerte iam animum.
In stadio concertatorum me quispiam
Nudus accedens coronare visus est corona tortili
Prunorum. B. Dii boni. A. Maturorum.

Idem rursus

Vidisti vnquam omasum paratum, aut splenem
inquinatum condimento, maturorumque Pru-
norum sportam?

Tom. I.

Talis est prorsus eius facies.

Nicander:

μῆλον ὁ κοκκίμηλον καλεῖται.

Malum quod, Cucullus vocant.

Coccygos.

Ita verunt. Annotat Dal. κοκκίμηλον: quoddam grandescens cucullus è suis latebris prodiret & conspiciatur: sed quid commune aut simile Pruno cum cucullo? Clearchus Peripateticus scribit, Rhodijs & siculis Pruna vocari βράβυλα, vt apud Theocritum Syracusium?

Brabyla.

Rarior Brabylis graues & in terram curuos.

Et alibi:

Quantò Malum Brabylo suauius.

Est autem Brabylo fructus, Pruno vulgari ambitu minor, eodem sapore, sed paulò acrius. Hæc quidam referunt ad Prunum Damascenum. Dalechamp. reprehendit Athen. quod τὸ δριμύτερον ineptè vsurpet, pro σφιγρότερον, vel ὀξύτερον. Acerbius est Prunum sylv. acidius Damasc. Seleucus in linguis, vt idem tradit Athen. eadem esse ait μάδρνα βράβυλα, κοκκίμηλον, καὶ τὰ ἴλα. Dicta porro sūt μάδρνα velut μάλοδρνα: βράβυλα verò quia ducunt aluum, quasi βράβυλον, id est, cibos depellentia: & ἴλα quasi μήλα, id est, Mala, vt Demetrius Ixion prodidit in Etymologia. Theophrastus, Prunus inquit, & spodias, quæ veluti Prunus syluestris est. Araros Coccymealeam vocat ipsam arborem: Coccymalum verò eius fructum. Aristophanes Grammaticus in Glossis Laconicis scribit à Laconibus Pruna vocari ὄρμιλα περισσῆ, id est, acida Poma Persica, & à quibusdam Adria. Nec solum κοκκίμηλον arbor dicitur, sed & κοκκίμηλον, autore Polluce. Suidas τὴν κοκκίμηλον tradit vocari εὐριποκκῆ, quæ tamen rectius dicas Armeniaca, de quibus suo loco.

Brabylon.
Athen not.
Syluestre
Damascen
Madyra.
Brabyla.
Prunus.
Spodias.
Coccymelea
Coccymel.
Ozymala
Persica

Adria.
Coccygus

Pruna multi, vt testatur Curtius ὄχρα Græcè vocari arbitrantur. Nos verò eam vocem in hac significatione apud nullum probatum autorem inuenimus. Onychinae autem ab vnguis colore vocantur eidem. ὄνυξ enim vnguis est. Sunt & versicoloria, & inter has differentias quædam præcocia, alia ferotina: quædam item lignum statim dimitunt, & hæc inter pretiosiora habentur, & huius dotis in multis generibus nomine est: Cæteris verò carne lignum adheret.

Bericacca
Suidas not.
Ochra.
Onychina.

Goropius è Penu suo Cymbrico nobis aliquid noui importat. Pruna nos (inquit) Prunimen vocamus, quasi Pur=ruinen / id est, Mora euacuans. Latini itaque Prunorum nomen nostrati linguæ acceptum ferre debent. Hermolao testè: κοκκίμηλον & κοκκίμηλεα, seu ut ille scribit, Cocomelea & Cocomelos Græcè dicta: Pomum ipsum neutro genere, arborem masculino media comædia pronunciat. Folio Arbuti describitur, si Theodorus Gaza audiatur: sed hoc Plinius Theophrastum secutus, non Pruno sed Coggigyæ vocatæ tribuit. Decepit hominem, vel corrupta lectio, vel nominum affinitas. sunt Pruna onychina Columellæ, nigris laudatiora.

Versicoloria earum que differunt ra.

Pruni etymon.

Cocomelea
Cocomelos

Gaza not.

Et quia Pruni Etymi mentio incidit non infulsè nobis Lonicerus in κοκκίμηλεας deriuationem originem inquirere videtur. Equidem, inquit, haud satis indagare huius vocis, κοκκίμηλεα, etymon possum, vt rej respondeat. Ex compositione certè, κόκκῳ granum est, μήλον Malus, aut μήλεα, Malum, vnde Pomum potius Granatum erit. Verum historia & natura eius non respondet. Aliud enim est ποιά id est Malum Punicum, aliud Prunum. Propemodum eò inclinatur animus, vt per barbaralexin putem κοκκίμηλεαν factum esse ex latinè coquendj vocabulo, vt supra contigit in Armeniacis

Onychina.
Κοκκίμηλεα.
Etymon.

malis, quæ Præcocia Romani vocant, quam vocem non rectè adsequentes Græci homines, ut sit in aliena lingua, dixere προκόκκια & περικόκκια, ut κοκκυμηλία, veluti Coquimalum, hoc est malum coquens & digerens: deiciendi enim alui ei vis inest præcipua. Hinc & in Asia, ut Galenus ait, arborem & fructum περιμύρον appellat, quæ vox item non satis feliciter, translata est. Prunum enim Asiaticum in medio redundat, quum simpliciter περίμυρον Prunum dicendum erat. Atqui fati est κοκκυμηλία vel Gal. teste, esse Prunum. Coquimalum igitur prima sua origine dictum Prunum, postea Græcis κοκκυμηλο: & inde κοκκυμηλία dictum putat Lonicerus, quemad. à Pruno latinorum, Asiaticum illud περίμυρον corruptum.

At Cordus è contra Pruna, & Germanorum, præsertim Hassorum Praunen à Pruno deductū putat. Quod verò Lonicerus de pruno in genere ait vel Prumnō esse κοκκυμηλία, minùs fideliter ex Gal. dixisse videtur, qui non omnem vel indefinitè, Coccymealeam, sed syluestrem, περιμύρον in Asia vocari testatur. Quid si κοκκυμηλο dictum quis statuatur, quod malum sit, granum vel semen vnum in se continens: id est, Cocci malum. Immo quid si ipsi etiam Theophrasto dicta sit περιμύρον? Is sanè in nono hist. cap. 1. δακρυώδεις, hoc est, lachrymas fundentes arbores, quæ concresecant (gummi vocant) recenset: ἡ δὲ ἐν ἰσθμῷ πάλαι ἐλεμύρον, ὡς περὶ τῆς ὀπωδῶν: ἡ δὲ ἐν δακρυώδεις γίνεται, καὶ δὲ τῆς ἐλάτης, πύκνης, τριμίνου, πίτυος, ἀμυγδαλῆς, κερῶν, πρήνης, &c. Vides ipsum immediate contingere eiusdem ferè naturæ ac generis arbores, Amygdalum Cerasum, Prunum. Nam & Gaza Prunum vertit, & Constantino in Lexico περίμυρον Prunus est arbor Theophrasti ex loco citato. Vnde non mirum si subtilissimo Scaligero mirum videatur, ni nostra vox inde emanauit, si tamen ea nostra sit Prunus, inquit ille. At quominus sit: nihil impedit: immò ex eo ipso loco vel maxime patere videtur esse, Gummi enim seu lachrymam fundit, & Amygdalo & Ceraso affinitate proxima est. Addit Scaliger: Sufinum Veneti, & Thufci: nescio an è Persis, περιμύρον etiam apud Galenum: At de syluestri Coccymealea hoc Asiaticis dici paulò antè monuimus. ὀζύμαλον παρὰ τὸν Laconibus, Had. Iun.

Anas Arab. Domiran. Pruna exsiccat. Pruna, id est, Pruna, Serap. Bellunensis apud Auic. Pruna in margine annotat Domiran dici. Sunt qui & Anas seu Hagias iisdem dici tradant. Hebr. Keschap, teste Elia Leuita, uti citat Tragus. Germ. Pflaumen & Fricchen: quibusdam ut in Hassia etiam praunen, quam vocem à Prumno deductam putat Cordus, ut modò dictum. Exsiccata etiam Pruna, quæ ex Hungaria, Bohemia, Austria, Transyluania & Morauia in Germaniam importantur, omnia communi vocabulo Zivetschen vocantur. Minora ferè Fricchen vulgò: & Cerea Epising. Germanis dicuntur, ut patet in differentiis. Eadem appellatio arboris, si addas cuique dictioni arborem: baum, &c. Gal. Prunier: Prunc. Montbelg. des Beloffes. It. Prunc, Sufino. vel Succino. Castil. Ciruolo, Cirucio aut Andrino: fructus Ciruelas aut Andrinus: Catal. Prunas. Portug. Amexicora: fructus Amexas, aliàs Amexas. Belg. Pruyme. Angl. Ploum tree. Bohem. Žilveci Slvecsky. Hung. Žüna fiu.

Differen-
tix à sapore
& facultate.

Differentiæ vel à sapore sumuntur, quæ potissima esse videtur, quòd ex ea facultas dependere videatur. Sunt enim quædam aluum sistentia, sunt & soluentia, alia mediam quodammodo naturam sunt sortita. Quæcunque dulcia sunt, al-

uum soluunt: quæ verò acerbâ sunt & austera, eam cohibent. In neutram partem valdè inclinant, acidodulcia vel acida, sed hæc sibi febrientium maxime conueniunt. Sunt rursus alia magna, alia parua. Magna vulgato idiomate ferè pflaumen/parua verò, Fricchen appellari consueverunt. Colorum ac reliquæ differentiæ ex enumeratione patebunt.

Ergò ut ad Prunorum differentias recentioribus obseruatas propius accedamus, ordine quodam singulorum diligentiam inspiciamus, exorsus à Ruellij, Gallix Pruna potissimum, concelebrantis.

Prunorum itaque, apud Gallos innumera ferè differentiæ. Prima laus Damascenis tribuitur, nigra cute, carne suauj, rotundo ligno, exili nucleo. Secundas partes sibi vendicant Pertigonâ cognomine, Iberica, ut credo vocata, quoniam primùm ex Hispania venerunt, ut inquit Aetius, succi dulcioris, duriorisque carnis, suauj gustu: ea qua parte Solem spectant, purpureo nitent colore, aduersa parte candicant vel subrubent: vtraque pressa digitis internum os dimittunt. Alia coloris ceræ ex candido in luteum palleſcentia, quæ Cereola, vel Cerea etiam apud Gallos vocitantur: Alia maiuscula, mollia, purpurea, Pedicularia vulgò à vilitate dicta; ijs sues rura faginât. Asinina non ab re putauerim quoque dicenda. Commendantur maxime quoque quæ Prunidactyla, à longitudine digiti, ut puto dicta, purpurea, suauj carne, ouata pomi specie, insitionis mangonio nusquam non nascentia. Alia Noberdiana, item Iuliana, aliquantò seriora, coeruleo colore, cumulatim in parente intorto furculo pendent, dum passa contrahantur, in rugas.

Eadem ferè & Curtius habet: sed nouis annotationibus locupletata, & ab his quædam diuersa alia. Quædam grandiore, inquit, sunt ligno, quædam albo, alia purpureo, cætera nigro sunt colore: omnia tamen parua. Hæc enim reliquis præstantiora, intus patum crocea, minimum succo abundantia, ut edentes ad sitim prouocent, quibusdam Parisina dicuntur. Hæc autem genera (inquit Curtius) tempestate Plinij nõ fuerunt, aut postea hoc nomine vocari cæperunt. Armeniaca, quæ vulgus Armenina vocat, minima sunt, purpurea, grata odore. De his Columella in carmine paulò antè citato, Hispanica liuen, ingrato aspectu, sed miro dulcore prædita, oblonga, ligno intus exili ac longo. Nonnulli à regione citerioris Hispaniæ Catalonica malunt appellare. Iuliana verò quæ apud Turonenses in Gallia nascuntur, dulcissima, colore nigro. Desiccata verò per totam Galliam venalia deferuntur, agris etiam expetita cocta. A dactylorum verò forma Dactylia dicta: prægrandia hæc albi purpureique coloris reperiuntur. In honore sunt, ouata in longitudinem figurâ. Quædam verò Hordeacea antiquitus, ut supra diximus, dicta à comitatu eius frugis, candida, & eius coloris alia seriora, maioraque & propter vilitatem Asinina dicta. In pretio verò nunc sunt, quæ Perdiconâ dicuntur, alij Iberica dicunt, quòd primùm ex Hispania venere. Sic enim vocari Symphorianus Champerius medicus doctissimus testatur. A Perdice scilicet aue, dictæ sunt quòd quemad. ea inter aues cibi suauitate cæteras excellat, sic hæc inter Prunorum genera. Serotina hæc purpureo colore, formæ non grandioris, dulcissimi saporis. Cæpere nunc & desiccari, ut Iulianis non cedant, A bonitate enim regia sunt dicta, amplitudine autem post Dactylia sunt etiam parua, nigra, ouali

Huius seculi Prunorum differentia Gallix Pruna. Prunorum differentia.

Cereola. Pedicularia.

Asinina. Prunidactyla. Noberdiana. Iuliana.

Curtij differentia.

Parisina. Armeniaca. Armenina.

Hispanica.

Catalonica. Iuliana.

Dactylia.

Ouata. Hordeacea minor. Hordeacea maior seu Asinina. Perdiconâ Iberica.

Regia. Mithina.

figura

figura, plurimo succo, si quod aliud genus abundantia, quare *Mictua* vulgus vocat, ac si succum meiere videantur. Alia quaedam vsque adeo parua sunt, vt magnitudine Pruni syluestris fructum parum excedant, nigra, rotunda & seriora. Sunt & Acidula, nigro colore, succo etiam abundantia verum non identidem. In extremum Autunnum durant, vt hyemem attingant.

Clearchus Rhodius & Siculus, Theocritum Syracusanum *Bravyla* pruna appellasse scribunt, quæ & Madrya & Badria Athenæo dicuntur, vt dictum supra. Fructus quidem hic minor, gustus verò idem, ni aliquantò esset asperior.

Ioubertus *Pruna Perrigonia*, *Prunidaçtila*, *Damascena* & *Imperialia* vocata præ cæteris cõmendat.

Solerius *Afinina* seu *Pedicularia* Plin. Gallis Delphinatibus *Prunes Bouaulx* dici scribit, esseque fortè Hiberica. Idem *Perrigonia* Ruellij, suspicatur esse magna Galeni.

Nicol. Abr. à Framboisiere de fanitate tuenda: In Francia excellentiora Pruna sunt Damascena trium generum. Nigra, rubea, & violacea. Secundum locum obtinent *Dactyla* ob suauitatem. Magni fiunt in Prouincia pruna ex *Brignoles*: multi etiam fiunt Pruna *Pardygoinia* ob magnitudinem & gratum saporem. Pruna *Reimensia* æstimantur ob pulchritudinem potius, quam bonitatem: color enim cæruleus visu delectabilior, quam sapor gustui gratus: eis inest minimum aciditatis & adstrictionis, incolis dicuntur *Noberres*.

Sunt etiam apud Reimenses alia Pruna, dicta *des Vignons*, quæ comeduntur plerunque priusquam maturescant. Propter insignem austeritatem & acerbiteriam illi his tantopere delectantur, vt soleant ponere in iusculis, loco vuarum acerbarum.

Hispaniæ celebrata pruna, vt tradit Amatus, hodie Pruna Damascena præcipua habentur, Syracusana ab Hispanis nominata, nigra, rubentia, vel in totum alba, ad citrinum tendentia, oblonga, boni saporis: Citrina multi Cerea appellare non dubitant. Multi quoque ex omnibus Pruni speciebus præcipue laudant, quam *Salmaticenses Andrinæ* ob colorem nigrum vocant: rotunda sunt, sapore acido, ori gratissima, quæ matura febricitantibus apud *Salmaticenses* D. Alteretus non sine optimo successu concedebat. Lacuna verò scribit inter Pruna Hispanica præcipue cõmendari dicta *De Monie*. Secundum locum obtinere quæ deferuntur ex S. Michaële. Inter ista sequi rotunda, quas vocant *Andrinæ*. Ab omnibus laudari Damascena.

Perlustremus nunc Italica.

Prunorum, inquit Cæsalp. rotundorum quædam mali amplitudine, flaua, dulcia, odorata, quæ primò maturantur: cognominantur autem à Malis. Iis minora, & austeriora, quæ Augusto maturantur, Pruna *Augustana* vocata: & *Albanula* inter pretiosa. Alia nigra, duriore carne, sed gratissimo sapore, vulgò *Perdiconæ* cognominant. Grandiora iis sunt *Massimiana*, ac succi bonitate præcellunt. Simili specie constant aria quædam, vt etiam fallant, sed in suauitate saporis quamprimò discernantur, vt quæ *Afinaria*, & quæ *Gubia* alicubi vocantur ingustabilia. Paulò minora iis & oblongiora *Viridacea*, sic appellata, quia dulcia sunt antè perfectam maturitatem, dum adhuc viridia sunt. Hæc maturitate perfecta ad ruffum tendunt, sed dulcedine minùs grata. Alia in longitudinem extenuantur iuxta

pediculum, vt *Damascena* colore flauo: *Catellana* colore subuiridi, alia colore nigro. Multæ aliz sunt inexplicabiles differentia, vario cultu, & studio inferendi inuenta. Est & syluestris Prunus, &c.

Peculiare (addit idem Cæsalp.) in fructu Pruni, quod deflorescens, si multi imbres contigerint, conuertitur in longum quoddam corpus inane quod *Turca* vocant. Idem ex Theoph. dicit Pruno foliū esse Arbuti: ac peculiare ei fructū in *pappum* perire: quæ Prunis nostris conueniant, si *pappus* hic non Lanuginem, sed inane corpus significet, *Turcam* dictam. Quod ad primum, vel non rectè nouit Cæsalp. Arbuti folium, vel certè non benè contulit, atque adeo hac collatione aliquem in suspitionem conijcere possit, ipsi neutrum probè cognitum. Quoad posterius: bellam sanè verò interpretationem vocis *pappi*, quam Theoph. per τὸ ἐκπαρτέον τὸν ἀπὸ τοῦ πᾶπυ expresse. Si Cæsalpinus annotasset obseruationem doctissimi Hermolaj, comperisset id à Theophrasto de Pruno non dici sed de alia arbore. *Turcam* sapius obseruauimus, sed quo iure is vel alius quiuis *pappum* vocet, nondum agnosceamus. Vitium est fructus *Turca*, non illi par nec ordinariè omni fructui enenit, vt de fructu eius arboris, de qua Theoph. scribit eum in *pappum* abire, tradit. Quod si verum esset de Prunis, ille sua *Perdiconæ* non tantopere commendasset.

Sed persequamur reliqua Pruna Italica ab Aug. Gallo obseruata. Pruna, *Brogne* vel *sufine* dicta Lombardis optima sunt, & bonitate Damascenis succedunt, quæ quamuis cæteris minora, pulchra tamen sunt, sapida & sana, tam cruda quam cocta, potissimè si cum pullis & auiculis decoquantur. Alium soluunt coctaparum in aqua, & ita mollia comesta, cum multo saccharo. Sunt & alia magna, & dulcia admodum, quæ probè matura alium magis lubricant. omnia cruda vel cocta in aqua tepida macerata sitim restingunt. His succedunt dicta *Brogne Agostane*, quæ non pulchra, longa tamen & crassa: sana sunt cruda, & cocta, & sicca. Pruna dicta *Brogne grossi*, rotunda non postremas tenent, si præsertim benè matura & decocta sub cineribus folijs inuoluta, decorticataque & saccharo aspersa comedantur: vel etiam & melius, cruda decorticata, & in patella cum saccharo lentè cocta. Inter Pruna, quæ dicuntur *Brogne Myrabolani*, alba, nigra & lutea salubria esu sunt, non cocta. *Brogne Cætelane* dicta, benè matura præferuntur cruda, cæteris omnibus, albis, nigris, viridibus aut rubellis, dulcedine & succi gratia præstant: corroborant magis, & præ alijs sitim extinguunt, decorticata à febricitantibus in ore retenta singulari sunt solatio, mitigant summum ardorem, & restitunt non nihil appetitum. Sunt etiam alia Pruna Italis vulgò dicta *Agostane bianche*, *Settembrine*, *Massimiane*, *pernicone*, *Gierusalemæ*, & alia multa suauitatis & Salubritatis non contemnenda.

His addamus quorum meminit Alpinus, (nisi iam supra scriptorum aliquo nomine dicta sunt) & cum dactylo oblongo, magno & crasso confert, *Pruna alba*, quæ Iulio mente in agro Bassanensi maturantur.

Matthiolus quem, velut Italum, decebat pulchras istas merces Italicas nobis Germanis præ alijs celebrare, ne quod quidem de ijs habet: sed postquam palmam tribuisset Damascenis, quæ sicca ex Syria Venetias importantur: secundas tenent (addit) in Germania quæ ex Pannonia & Translyvania conuehantur in quorum genere

Minima

Acidula.

Brabysa.

Madrya.

Badrya.

Afinina

Plin.

Magda

Galeni.

Gallia

Pruna

Damasc.

Bachylola

Brignoles.

Pardygoinæ

Noberres.

Vignons.

Hispania

Pruna

Damascena

Syracusana

Cerea.

Andrinæ

De Monie.

Pruna S.

Michaël.

Andrinæ.

Damascena

Pruna Ita.

lia.

Pruna mali

amplitudine

Augustana.

Albanula.

Perdiconæ.

Massimiana.

na.

Afinaria

Viridacea.

Damasc.

naflana.

Catellana.

Nigra

Turca prun.

situm

Cæsalp. re.

prehen.

Alius. erro.

ror

Lombardis pruna

Sufina

Magna

dulcia

Pruna Ara.

gustat. d.

Pruna

crassa

Pruna my.

rabolana

Catellana

Alba Bossa

nausia

Damasc.

na Gnde

adueta

Pannonica

quæ minuscula sunt, maiorem cum palato ineunt gratiam in vino decocta, & saccharo aspersa: hoc enim modo parata primisque mensis sumpta, & ori grata sunt & aluum commodissime citant, nam dulcia sunt & sine adstrictione. Verum si nō gustarit aut nouerit alia, quæ ex Germania prædicaret, deinceps Germani ipsi audiendi sunt, vt quàm Germania hoc fructu ditescat, intelligant etiam exteri: Matthiolumque interim excusent, qui Prunorum differentias inexplicabiles ferè dixit, quod non agrè constemur si intellexerit omnes.

Pruna
Germania

Damascena

Damascena Hungarica

Pertigona
Cereola

Prunida
Sylva

Parua Autumnalis
Nigra
Rotunda

Differentia Dod.
Had.
Iun.
Brabyla
Damascena
Pruna
Sulg. ruffa
Laccola
Rubra Asinina

Minima seu nana

Pruna quædam Belgica
Hordearia

Decumanum

Damascena

Trago itaque multa sunt Prunorum genera, inter quæ primum apud Germanos quoque locum obtinent Damascena vocata, Theocrito Brabyla, Athenæo Badrya & Madria cognominata. Germani Damascenen pflaumen/ Vnde Quetschen vocant. Hæc in Pharmacopoliis exiccata habentur, quemadmodum etiam magna illa Hungarica, ab ipsis Hungaris Damascena, & à Germanis Große Zwetschen vel Quetschen / & Ungarische Pflaumen vocata. Quidam his pro Damascenis vtuntur, autore Cordo. Deinde ponuntur, à Trago, purpurea, quæ ex Hispania uenerunt. Iberica & Pertigona vocata. Germ. Spannische Pflaumen. Hinc Cereola seu Cereola. Germ. Galfrieden/ Vnde Spising dicta. Cordus annotat Brabyla quosdam priuatim interpretari friechen. Quarto ordine collocanda sunt oblonga illa & Cærulea, alias Prunidaetyla, Germ. Blaw lang Pflaumen/ blaw Spising/ vnde Bülsen Pflaumen nominant. Quinto loco exigua illa (nec enim nuce auellana maiora sunt) & Autumno prouenientia Pruna, German. Klein herbst pflaumen dicta. Hæc Basilienses Zipartten vocant. Postremò sunt & alia genera, vt pote nigra illa quæ uocant, groß Bosspflaumen: & rotunda illa, magna & dura Pruna, quæ Autumno appetente maturantur, German. Schaappflaumen / Latini Asinina & Pedicularia nuncupant. Hæc Tragu.

Eadem ferè & Lonicerus habet, additque fructus Prunorum Theocrito dici Brabyla.

Dodon. verò *εράβυλα* vult dici magna illa Pruna dulcia cærulea, Lat. Pruna Damascena: Had. Iun. *εράβυλον* Theocrito scribit, *ήρου δαμασκηνόν*: German. Blew Spising/ Quetschen. Belg. Blaum pruyme/ ost pruyme van Damasc. Gal. Prunes de Damas. Secundum Dodon. genus sunt Pruna vulgaris ruffa, quæ Hispanica vocatur. Lutetia, Latine Cereola & Cereola Pruna? Hæc Had. Iun. Rosspflaum, German. & Belg. Veitte rospuyme vocat. Dod. verò quartum iuum genus ita nominat, Pruna rubra & rotunda quibusdam Latine Asinina Pruna, Gal. Prunes de cheual. At Pruna asinaria vel asinina vilia dicit Iunius, & maiora. Belg. Dispruyme. Omnium minima Pruna rotunda Dod. Nana H. Iunio. Ger. Bleine herbst pflaum. Belg. Croosten/ Pallofen. Gal. Creiches & d'auome. Sic vnusquisque patria sua præcis aaccommodare studens, non tamen aduertit sibi non conuenire cum eo qui est ante fores.

Alia quædam adhuc habet H. Iun. æquè Plinij & præcorum nomenclaturis accommodata, & iam prius quoque dicta. Sic Prunum Hordearium Plinij candens dicit, Belg. Vitte Pruyme. Prunum decumanum: Belg. Cierpruyme. Damascenum verò, Prunum passum vocat, & rugosum. *κοκκωμηνον αποδετον*, Belg. Pruyme Van Damasc. Ital. Pruno secco Hispan. Pruna seca.

Dodonæus quoque addit: Theophr. & Plinij Ægyptiam Prunum incognitam esse: nostram aratem in Germania, circa Damascum Syria vibem natis Prunis carere. Pannonica siue Hungarica laudat oblonga & dulcia, sed magis tamen Morauica, ad aluum leniendam commendat, præsertim Branæ nata, quæ Morauia olim Marcomannorum Prouincia, vrbs est primaria: hæc etenim ubi resiccata fuerint, ori suauia palatoque gratissima, aluum citra molestiam ita facile ciunt, vt deiectoria vi Cassiam & Mannam post se relinquunt, vt Thomas Jordanus affirmat. Nostra ætas quædam Gallica à patria appellat.

Persequamur cæterorum Germanorum differentias. Gesnerus itaque has habet. Prunum quæ fructus magnos, purpureos & acidos sapore fert, Lindauia Bengst vocant, Tigurini Bockshoden (quali capri testiculos dicas) vel Pflaumen. His similia etiam cerei coloris minus frequentia apud Tigurinos reperiuntur. Pruna Cereola vel Cereola magna subdulcia. Pruna parua, serotina, cereola, quæ Tigurini & Heluetij nescio vnde Ziparten appellant: Inter vrba minima, tardissime cerea ferè maturefcunt Septembri. Pruna præcociora parua, versicoloria, à tempore quo Avena metitur apud Tigurinos dicta Haberfriecken/ passim illis abundant. Pruna Neapolitana, oblonga, dulcia (ni fallor) alba & Punicea, Lindauia. Pruna Hungarica, quæ vulgò Tuuchia vocant, Zwetschen, duorum generum: maiora & oblongiora: & alia minora, rotundiora, dulciora Lindauia: Basileæ probè perficit fructum. (Fandelfriecken vocant) Pruna Hungarica præstantissima, Damascena fortè Vvoiseilo. Eiusmodi Venetiis mittuntur aliquando Augustam magno pretio, crassa & carnosa, subacida. Hæc vel oblonga Neapolitana, aliqui Imperatoria siue Augusta cognominant, quod iis Imperator Augustus oblectetur. (Itali sua ab Augusto mense, quo maturefcunt, Augusta dicunt, de quibus supra.) Augusta Pruna alia Hungarica, aurei vel cerei coloris: magnitudine ouij gallinæ: aut etiam Anatini, carnosa, gratissimi saporis. Aliud pruni genus, maturefcit circa finem Iulij, cui fructus parui cærulei, dulces: Blawfriecken. Pruna minima, subcærulea, acida, parum humida, Veinfriecken, maturefcunt Augusto. Veisfriecken, Pruna alba, tardius aliquando matura: omnino alba. Bofshödle, partim candida, partim rubella, aluum putò magis soluunt: & hæc aliqui alba vocant, sed minus proprie. Hæc Gesnerus.

Tabernamontanus quatuor summa Prunorum facit genera: 1. Vulgata, quorum quatuor differentias constituit, nigra, rubella, alba, viridia, quædam etiam flaua & rubra. 2. Pruna Myrobalana, quæ antequam maturefcunt sunt viridia, postea rubescunt, tandem perfectè matura atropurpurea fiunt: succulenta, odorata, nucleo paruo. 3. Auenaria Haberfblehen vulgò dicta, primo generi similia, sed fructu paruo acidulo, subaltringente sapore, grato tamen. 4. Flaua, oblonga, nucleo exacuto, vulgò cerea, wachsgelbe Pflaumen oder Spising dicta. His addit quædam alia sed iam dicta: quamuis & hæc fortè iam magna ex parte memorata sint, nec vltus sit iam dictorum, dicendorumque autorum, qui non alterius quædam habeat, etiamque diuersarum regionum. Scopus tamen noster est, vti supra quoque in Pomis diximus, non tam nationum quam ipsorummet autorum, qua tamen fieri id

Ægyptia.
Prunus
Pannonica
Morauica
Pruna

Gallica.
Gesneri
differentia.
Magna
Cereola magna
Cereola parua

Præcociora
parua
Neapolitana
Hungarica
maiora
Minora

Hungarica
alia
Damascena

Imperatoria
Augusta

Augusta
pruna

Pruna parua
cærulea
Pruna minima
Pruna alba
Vulgata

Tabern.
Differentia
Vulgata
Myrobalana

Auenaria

Flaua
Cereola

Autorum
institutum
& scopus
reconferendus
autorum
prunorum
differentiis

id possit breuitate, differentias referre quæ cæsi sæpius interdum repetantur, nullus tamen est, qui non sui idio matis appellationes addat, & diuersa aliqua annotatiuncula illustret: si nulas, ut consentans & dissensus autorum circa eas lectori ob faciem positus, meliùs innotescat: nec desit nobis in Vniuersali, atque aded specialissima hæc historia, quod adsit alteri: Adsit verò etiam nobis, quod desit aliis ne quis deinceps aliquis nobis veteratoriè obiciat *πυτολογία*, quam tamen etiam facile euitare posset, qui omnia exactè cognita haberet. Alioqui lectori fraudem, sibi dedecus parabit, quisquis hoc tentauerit. Quod si placuimus huic vel illi nationi, cur non æquè placeamus & alteri?

Sed pergamus, & lectori æquè rerum diuersitates, quàm autorum placita ob oculos ponamus: ita enim demum hoc opus omnium Herbariorum (qui nobis propositus est scopus), quantum quidem fieri possit, vices supplebit.

Camer. inter Pruni genera varia, potissimum Hungarica, Morauica, & quæ vulgò Myrobalanos dicunt, itémque Græca, quæ postrema *Verdaria* à viridi colore in Italia vocantur, & aliis præferuntur, concelebrat.

Schuenckf. sua diligentia Silesiæ Pruna vsitata recenset hæc. 1. Pruna domestica. 2. Pruna Hungarica maiora, Pruna Brunensia, Pannonica, *Brunner Pflaumen/ Ungerische Pflaumen*. Omnium sunt præstantissima, ori grata. 3. Hungarica minora, *Tzveetschfen/ kleine pflaumen/ dulcia* sunt, & ori gratiora.

4. Alinaria, *Kosspflaumen/ magna* sunt, rubore perfusa, viliora. 5. Cerea minora, præcocia, *Geele pflaumen. Geele Spillinge*.

6. Pruna Cerea maiora. *Morannen/ Maruncken*: hortis instructioribus saltem nota: maxima sunt. 1. *Prunidactyla oblonga & cærulea, Blawe lange pflaumen/ Bilsen pflaumen/ Blawe Spillinge/ Blawe Maruncken*.

Ex semine Prunorù Cercorum maiorum hæc nasci ait, quod profectò nobis nunquam persuaserit. Considerent igitur Agriculturæ studiosi, an ex Prunorum Cercorum maiorum semine, hoc est, à specie distincta, possit nasci alia species, nempe *Prunidactyla cærulea*, quod nobis non sit verisimile.

8. Pruna canina, *Hunds pfläumlin/ weisse pfläumlin*: parua sunt, pallida, nonnihil rubicantia, dulcia. 9. Parua autumnalia, serotina, Auenaria, *Herbstpflaumen/ friechen*: Sil. Zipparten/ minora sunt & cærulea, hortis rusticorum nihil frequentius, ex quibus additâ farinâ edulia parantur haud ingrata, salubria: verum recentium vsus nimius Dysenteriam procreare solet.

10. Pruna parua vinosa, *wein pfläumlin/ Tarnnickel/ vulgò viridia* sunt, vinosi saporis. Condiuntur saccharo febricitantibus grata. Colerus annotat prunis *friechen* dictis, rusticos Silesiæ liberos & familiam suam hyeme alere, quorum variæ differentiæ æquè in syluis proueniant & agris, quàm hortis, eaque aded quæ syluis nascuntur elui gratissima & saluberrima esse (*gar natürlich zu essen*) quasi dicas

optimè naturæ conuenire, ventriculorum claudere, bonum generare sanguinem, In Misnia dici

Tarnickel. Pruna

Onychina.

PRUNVS MYROBALANVS
DICTA.



Sunt quidem Superius dicta Pruna Myrobalana cognominata, trium generum nomine solo ex August. Gallo, qualia tamen vix huc pertinere arbitramur. Melius respondent à Gesnero citata addito paruo lemate. Clusius verò hæc diligentissimè, ut pleræque sua, describit, his verbis. Facile adolescit hæc arbor, & in vastam excrefcit ampli-

tudinem, maioresque eius rami subinde in alios diuisi, opacam admodum præbent umbram: caudex multò lætiore gratioque oculis cortice præditus est, quàm reliqua Prunorum genera: tenuiores rami, graciles admodum, tenerimo cortice vestiuntur.

Folia quodammodo media inter Prunum & Cerasum, tenella per ambitum serrata sunt. Flos candidus, tenuior, quàm in vulgari. Fructus, cuius alternis annis feracissimus est rotundus, oblongo tenuique petiolo inter folia pendens, aspectu iucundus, per initia viret, cum maturefcere incipit, rubet? maturitatem adeptus purpura, nigro commixta nitet, carnem succulentam & palato gratam ac nucleum non admodum magnum habet. Floret cum alijs eius generis nouo Vere, sub Iulij finem & Augusto fructus maturitatem adipiscitur Nondum vulgaris erat, cum eam describeret Clusius: sed qui habebant, ex Cæsarej Palatii horto nacti erant, vbi omnium primas conspexit eius arborea tres ingentes, vnde primum eò delatas, incertum. Nonnulli è Constantino-

poli, alij è Gallia genus duxisse arbitrantur. Certè ea arbor quæ Biturigibus Gallorum Myrobalanorum Chebulorum nomine ostenditur, huic persimilis esse videtur, ut ex eius folio inde delato, & Clusio à Cl. D. Io. Posthio Palat Elect. Archiatro donato, æstimatum. Idem Clusius apud Garciam scribit, istud folium Persicæ folio simile non esse, sed Pruni aut Cerasi folium potius æmulari, atque nihil aliud se comperisse quàm Pruni genus. Fortè Tabern. vel is à quo accepit Iconem, hanc Prunum etiam habuit pro Myrobalano, ut cap de Myrobalanis monebimus.

Nunc in eodem Cæsareo horto illius genus alitur ex superioris nucleo natum, quod minore fructu & dulciore pulpa est: in cæteris nihil à superiore differt. Cur huic generi Pruni, Myrobalani sit appellatio data, fatetur se nescire, Clusius: nam, inquit, nec fructus similis est neque officula, quæ reliquis Pruni generibus similia habet, licet parua, cum legitimorum Myrobalanorum officulis siue nucleis, quæ canaliculata sunt & striata, quicquam commune habent.

Descriptio
arboris.

Folia.
Flos.
Fructus.

Tempus.

Locus.

Myrobalani
Chebuli.

Pruni Myrobalani.
Sarcocolla.

Quomodo
hoc opus
omnium
Herbariorum
vices sup-
pleat.

Camerar
differentia.
Myrobalani.

Verdaria
pruna Sile-
siae.

Domestica
Brunensia.
Hungarica.

minora.
Alinaria.
Cerea præ-
cocia mino-
ra.

Cerea ma-
iora.

Prunidacty-
la.

Schuenckf.
not.

Canina.

Pruna au-
tumnalia.

Parua vi-
nosa.

Locus.

Onychina.

Pruna Brunensia :

Galatensis pruna.
An Prunidaactyla.

Idem Clus. meminit Prunorum Brunensium Moraviae eorumque pulpam cum Lauroceraforū pulpa conferens, utramque dulcem & edulem dicit.

In Pannonicis verò Galatensia siue Perana Pruneola scriptis prodit, quæ oblongiuscula albâque dicit.

AMYGDALINA PRUNA.

Amygdalina Pruna Lobel. in histor. Belgica oblonga dicit, Dactylorum aut Amygdalarum instar. Amygdalina Pruna etiam in Plant. iconibus dicta Belg. *Amandel pruynen* osti *Danz pruynen*. An verò sint ea, quibus Plinius in ligno nucleum Amygdalæ esse dicit, & ex Pruni & Amygdali insitione geminata, asserere non ausimus: Quemadmodum nec an Prunidaactyla Ruellij, Curtij, Tragi & Silesiæ supra dicta.

Pomaria quædam cultiora Gallica quandam Prunopersicum colunt, cuius fructus carne Pruni est, cute subuiridi Pruni, sed nucleo Persici. Pen. & Lob. Eiusdem meminit Cam. apud Matth. externè Pruno similia dicens, nucleo Persici.

Prunula Cereis Indica.

De Prunulis quibusdam Indicis scribit Benzo in hist. noui orbis his verbis: Ad sinum Caraquâ procedimus, Cereis quibusdam Prunulis vescebamur, queis quum parum carnis inesset, lignum seu os interius simul comedebamus.

Hactenus ferè tam à prisca quam recentiori obseruatâ, & aliqua tamen parte nobis etiam cognita recensuimus, qua potuimus fide breuitatèque: restat vt & à nobis obiter obseruata, & fortè nec alijs ignota dicamus, adiecto vnique more nostro, suo lemmate.

Autoribus obiter obseruata differentia Pruna Briolina.

Solent curiosiores & lautiores Pharmacopoci, pro delicatioribus, elegans nec minùs vtile ac sapidum quoddam Pruni genus ex Galloprovincia ad nos importare, quod *Prunes de Brignoles*, Briolina Pruna vocant. Ea detractâ cute, & vuarum passarum modo, velut in vnum glomum compacta, sicuum instar aduehantur, aut in scutulis. Colore sunt dilutè rubello, ad flauedinem tamen accedente, carne firmiuscula, qualis corticis Citri conditi aut Cydonij mali, subacida atque vinosa, febricitantibus cruda, vel ex aqua leuissimè cocta, mirè experita, nullo officulo: quippe eximunt incolæ qui reponunt. Figurâ Caricis pingues egregiè referunt, si colorem demas. Eadem cum officulis accepimus: oblonga erant, sicut & officuli, qui durissimi, nucleum continentes modicè amarum, gratum tamen.

Nuclei.

Nucipersica.

Brignols.

Brignolensia.

Hæc Scal. Nucipersica visus est appellare quando apud Theoph. alicubi sic scribit. Persea Pruni facie, de qua olim dubitabam esset ne nostra Nucipersica, quam Vascones Brignols vocant. Pruna Briolina Lob. teste hodie in Prouincia salubritatis & saporis ergò optima habentur. Idem cum Pena in Aduers. Damascenis olim omnium præstantissimis inquit, *Brign lensia* hodie in Galloprovincia palmam præripuerunt bonitate, salubritate & sapiditate. Distat autem Brignola 30. mil. Gallicis à Massilia teste Rauuolfio qui eadem & ad sitim & ad febricitantium usum valdè probat.

Brignolina Gusto mortis tradendo ob instantem Expositionem exhibita.

Autor postrem. hist. Bellorum Galliarum scribit, pro Cortice Citrij condito quem petebat Dux Guisus, data Pruna Brignolina, ea ipsa hora, quâ morti erat tradendus: quod ex suspitione haud vana necis instantis veluti Lypothimiâ quanciam præsentiret.

C. Bauh. apud Matth. eadem Pruna de *Prunioles* vocat.

Pruna de Prunioles Pruna Dou Engd.

Pruna dicta vulgò Lugdunensibus *Prune dou* satis magna, breui hærent pediculo, orbiculata, ab vno latere per longitudinem sulcata, aut vestigium fissuræ habentia, rubra ac velut fuligine coerulea aspersa, gustu dulcia, cum quadam aciditate, carne satis dura, quæ haud diuiciter ab ossè separatur, Matura Iulio.

Iisdem *Prunes Armesines* appellata, prædictis minorâ, eiusdem ferè coloris, oblongiorâ, odorata, dulcia cum quadam aciditate, carne firmiuscula, ab officulis facillè separabili, quæ parua, compressa, læuia, dentibus facillè confringuntur, Matura Iulio.

Armesina rubra acedulicia.

Sunt nobis Montbelgardi in horto E. C. Wirt. Pruna quæ dicuntur Damascena: purpurea, valdè rotunda, quibus pulpa ab officulis facillè abscedit, suntque ea ipsa, nisi fallimur quæ Lugduni de Damas vocant, maiora iam dictis Armesinis, purpurea, rotunda, ex breui pediculo pendentia, coerulea quadam nebula respersa, tota concoloria, etiam adhuc immatura, valdè acida, officula continentia parua, rotunda, similia officulis Ceraforum. Talia vidimus Ceruiniij Pago Passauantino Septembri optima. Ex hoc genere existimamus esse, quæ sicca apud fontes acidos Griefbachianos vidimus, parua, rotunda, ab officulis facillimè abscedente carne. Aiebant Argentinam Turono vrbe Galliarum aduehi.

Damascena parua purpurea.

Pruna Lugd. *Damasa* dicta, Damascenis modò dictis multò sunt maiora eiusdem tamen coloris ac formæ breuissimo adhærent pediculo ipsaque caro firmiter nucleis: acida sunt, nuces oblongæ, satis tumidæ, maiores quàm Prunorum *Dates*.

Damascena purp.

Perdigone Gallico idiomate dicta iam modò descriptis minorâ, rubra fuligine subcærulea adumbrata, rotunda ferè, carne dulci, satis solida, officulo mediocri minimè adhærente. Hæc Damascenis quodammodo similia, paulò maiora tamen, nec ita rotunda, & vtrinque per longitudinem fissurâ vel sulco notata. Horum furculos Montbelg. in horto inferi curauimus.

Pruna perdigone Lugd.

Pruna *Dates* Lugdunensibus appellata, Damascenis magnis æqualia aut etiam maiora minùs rotunda, nec eiusdem coloris, sed rubri, nebula cærulea obducti, pediculo satis breui, carne firmiuscula, dulci, & ab officulo promptè separabili. Tunica inuestiuntur dura & sicca. Officula breuiuscula, nec magna dentibus fragilia, matura Iulio. Missi nobis Lugduno furculi Montb. in horto E. C. inferendi cum hac inscriptione, *Prunes dates, grosses comme œufs*, id est Prunidaactyla magnitudine ouis: possint fortè esse eadem cum Prunidaactylis purpureis Ruellij, Curtij, Tragi & Silesiæ.

Prunidaactyla rubra

Meretur rara hæc Pruni species Curiosiore etiam descriptionem, siue arboris formam, aut fructus elegantiam præstantiamque species. Visa nobis in horto D. Chassigneti Adfinis nostri, Ventsij. Haud procerâ valdè est, sed egregiè parua. & in quamplurimos ramos brachiata, cortice tecta suffusco, & circa extrema ex pullo cinereo mixto. Folia lata, figura penè ouata, sed principio angustiore, paulatim in amplitudinem vergente, ambitu leuiter crenata, saturè viridia aduersa parte, & quasi atrouirentia, auersa dilutiùs. Flores densò agmine stipati, albidis, sed minùs, quàm reliquorum. Fructus digiti longitudine, virentes ad perfectam vsque maturitatem, quæ vix effatu digno momento ad citrinam quandam

Prunidaactyla Ventsij.

Cortex.

Folia.

Flores.

Fructus.

dam flauedinem inclinant, sapore præ cæteris suavi ac dulci, cute obrecta dura & membranosa, vt melius patet in conditis, pulpa recentibus firmiuscula, & à nuce contenta libera. Nux hæc seu officulum aliquid peculiare præ cæteris habens, vicia longius, gracile, cõpressum, leuiter incuruum, vtrinque acuminatum, nucleum gracilem, nec valdè amaricantem continet.

Hac arbore nihil fructuosius: fructuum numero ipsa vincente folia, ingenti nihilominus cæterua humi iacentia: nec extremis tantum furculis, sed crassioribus etiam ramis immediatè hærentes quamplurimos obseruauimus. Magna his gratia in cibis, siue crudis siue decorticatis ex saccharo & vini modico aquaue rosacea coctis. Sed modicum addi melius, quod ipsa per se calefacta satis succi fundant, & vt natuã peculiaremque suam suauitatem non amittant.

Condita.

Præcipua gratia conditis. Condiuntur autem saccharo integra, etiam cum ossiculis: sed non perfectè matura esse oportet, maturitati tamen proxima. Sic firmiuscula caro etiam conditis, mirum quantã gratiã atque dulcedine. Habet quidem Dactylica alba Curtius, quæ ita fortè vocat ad Purpurorum differentiam: Sed hæc eiusmodi viriditatis speciem ac colorem habent, vt alba dici non mereantur: ex viridi tamen albescent, præsertim probè matura, sed de Curtij nobis ignotis nostrum statuere non est præsertim cum sua non describat.

Pruna alba Lugd.

Pruna dicta Lugdunensibus, Prunes blanches, longa sunt satis magna, lutea, cum quadam rubedine, carne satis molli, acido dulci. Ossicula longa, compressa, ab vna parte ad sphericam formam tendentia, sicut & ipsa Pruna.

Pruna vel alba punicea Lugd.

Prunes de Roy, magna quoque sunt, rubra vel potius punicea, rotunda ferè, valdè odorata, carne dulci, tunica satis dura & acida. Caro facilè abscedit ab ossibus, quæ magna & aspera. Matura Iulio.

Pruna rotunda rubella.

Montbelgardi habent Pruna Augusto matura, rotunda, satis magna, rubelli coloris, carne ossiculis hærente non ingrata. Plantari curauimus in horto Ill. E. C.

Pruna purpurea serotina.

In horto iam dicto abundat Prunus, fructu purpureo, satis magno, serotino, sublongo, acido, carne ossiculis adhærente, quæ nostra cura plantata. Hæc sunt ea quæ Lugd. Prunes D'Aouff dicta ex postremis maturescunt, similia Damascenis, minora, quæ etiam viridia planè concoloria sunt, vt videantur matura.

Pruna Augusti.

Pruna purpurea ossiculo incurua.

Pruna purpurea vel cocrulea magna, nonnihil sublonga, ossiculo nudo manente, maturescunt Augusti fine. Damascenorum genus quoddam esse videtur, ossiculo incuruato. Montb. in horto E. C. satis copiosè prouenit. Talia obseruauimus Goepingæ in Ducatu Wirt. vbi copiosè coluntur & exiccantur ad vsus medicos & culinarios. Hungaricis non cedere videntur. vocant Zweschken. Eadem nobis visa in Wisensteig / horto Ill. Comitibus.

Aliud pruni genus præcox in horto Montb. habetur, quod citò maturescit, colore purpureo.

Pruna sublonga, parua, alba, vicia, digitui latitudine, interdum non maiora, facilè nucleum linquntia, acidodulcia, optima & delicatiss. cruda & exiccata. Hæc ex diuersis Burgundia locis conquisita in hortum Montb. plantata sunt. Maturantur ferè Aug. principio.

Prunecolorum cereorum vulgò Ziparten dictotum arbor plerumque vulgaribus Prunorum arboribus minor est, siue caudicè spectes, siue ramos & folia.

Præcipuū verò est fructuū discrimen, qui autumnò primùm maturescunt, colore cereo, cui glaucedo aliqua aspersa, non multò maiores Prunis siluestribus, pediculo fescunciali hærentes, sapore dulci, ossiculo facilè à pulpa separabili, cui ab altero latere crista secundum commissuram nonnihil elata. Hæc Basilea accersita, vbi in lautioribus hortis coluntur, in hortum E. C. Montb. plantari curauimus. In pago Raupach Bessfordiæ vicino copiosè coluntur, & in magnas arbores excresecunt. Maturescunt Sept. In Ducatu quoque Wirtemb. potissimùm circa fontem adm. habentur prædicto nomine.

Anno 1607. principio Septembris ostendente Char. fratre C. Bauhino vidi pruna valdè speciosa, magnitudine ferè paruorum Persicorum, cum sulco in medio, qualem habent Persica, colore sunt rubra, carne firmiusculã, saporis grati, lucundi, subaciduli: pro proportione fructus paruus, à carne separabilis, aiunt plures in hortis haberi, ac inter alios honorandum nostrum affinem Dn. Feschiū Consulē meritissimū. Hoc genus Pruni existimo esse Prunidactyla Clusij. Hactenus de generibus & differentijs Prunorum.

Prunus in genere, solo læto gaudet, & humido: Coelò tepidiore melius adulescere putatur, quamuis & frigidius possit sustinere. Non temerè in montibus vita Prunus, inquit Plin. Locis glareosis & arenosis, nisi iuuetur lætamine, caduca Poma & vermiculosa non grandescunt: autor Palladius. Gignuntur hodiè in omnibus cogniti orbis regionibus, sed potissimùm vbi terra sit soluta & hortensis. Quapropter paucos videas in Europæo tractu hortos paulò cultiores, in quibus non Pruni aliquod genus reperiatur: quamuis Tragus scribat, Pruni varia genera tardè ad Gallos & Germanos commigrasse: sunt tamen hodiè apud eosdem vbique ferè locorum notissima.

Pruna omnia, post Caronem cœpisse manifestum esse, ait Plinius: specialia loca in differentijs dicta sunt: Damascena tamen sicca terra & cœlo calido gaudent, vt Pamphilus scriptum reliquit.

Florent plerumque cum Ceraso, Aprili, aut etiam citius. Nos Prunum etiam vi dimus florentem Septembri in pago Adincourt, comitatus Montbelgardici, Anno 1580, & denuò non vno in loco An. 1599: quemad. & hoc quo hæc cõmentamur, 1603. quo & fructus vidimus magnitudine auclanæ: Ex quo patet promptitudo germinandi florendique huius arboris, si vltra consuetum tempus æstium extendatur. Fructum diuersimodè maturant, Iul. Aug. & Sept. mensibus, vt particulariùs dictum in præcedentibus. Monspelij obseruauimus Prunum habentem magnum fructum & florem simul mense Aprili: estque contumacia vitæ Prunus.

Pruna Columella post mediam messem, vsque ad Idus Feb. feri præcipit. Plinius verò Italiae ferendi tempus Prunis post mediam hiemem & Idus Feb. indixit: oportet autem Prunos distantiores ferere Piris, autore Theoph. si ossibus feratur, vt tradit Pallad. autumno, mense Nouembrij solo putri & subactò, duobus palmis obruantur. eadè ponantur mense Feb. sed tunc priùs lixiui sunt maceranda per triduum, vt citò germinare cogantur. Ponuntur & plantis, quas ex caudice mense Ian. exeunte, vel Feb. circa Idus sumemus radicebus fimo oblitis.

Extirpandæ sunt soboles à radice, exceptis rectoribus, quæ seruabuntur ad plantas. Si lan-

Pruna parua persica similia.

Locus & tempus prunorum in genere. Ne Germinalesa fiant

Satiatio tempus.

guida Pruni arbor est, amurca cum aqua æqualiter temperata radicibus debet infundj, vel bubulum lotium solum, vel humanum verus cum duabus aquæ partibus mixtum, vel cineres ex furno, maximè sarmentorum. Iuuantur frequenti humore, & assidua fossione.

Si poma decidant, Oleastri cuneum terebratæ insige radici. Vermes eius atque formicas rubrica cum picæ liquida si adlinatur, extinguet, sed modestius propter arboris noxam, ne idem faciat remedium, quod venenum.

Si Pruni surculi in mosco intingantur, & deinde inserantur, fructus inde fieri odoratos, Costæus tradit. Mense Martio extremo Prunus inseritur, melius trunco fisso quàm cortice: vel mense Ian. antè quàm incipiat germen lachrymare. Inseritur in se, & Persicum recipit uel Amygdalum vel Malum, sed eam degenerem reddit & paruam. Pruni, inquit Gesnerus, inseruntur Nuci, Malo, Amygdalo. Castanæ etiam inseri Talled. tradit his versibus:

Pruna suis addunt felicia germina membris.

Donaque cognato corpore lata ferunt.

Exarmat fetus: sed brachia rboris armat

Castanea Prunus iussa tenere larem.

Nucibus iam olim inserta fuisse, ex Plinio patet: inde Nucipersica enata. Damascena inseritur iisdem horis ut reliqua Prunus, ut Pamphilus scriptum reliquit.

Prunorum surculi sambuco infiti, Carthartica Pruna ferunt. At nisi curam diligentem adhibueris facillè pereunt.

Pruna seruantur cadis vino dulci vel nouo fluitantia, operto diligenter vase. Siccantur etiam in Sole per crates loco sicciore disposita. Hæc sunt quæ Damascena dicuntur. Alij in aqua marina vel in muria feruente recenter lecta pruna demergunt, & inde sublata, aut in furno tepido faciunt, aut in Sole siccati.

Pruni fructus, ut tradit Diosc. esculentus est, sed ventriculum malè afficit, aluumque mollit. At Syriacarum, & eorum maximè, quæ Damasci nascuntur fructus exiccatus ventriculo utilis est, aluumque adstringit. Decoctum foliorum, ex vino paratum, uiam, gingiuas, tonsillâsque fluxione laborantes ore subinde colluto reprimat. Cæterum gummi Prunorum agglutinandi vim habet, & in vino potum calculos comminuit. Ex aceto verò illitum lichenas infantium sanat.

Verùm Galenus 8. simp. cum Diosc. non omni ex parte conuenit: ita enim scribit ille: Pruni fructus ventrem subducit, recens quidem plus aridus minus. Cæterum haud scio cur Diosc. Pruna Damascena siccata uentrem sistere dicat, cum & ipsa palam etiam subducant, minus tamen quàm quæ importantur ex Iberia. Siquidem Damascena magis adstringunt: at quæ Iberia fert, dulciora sunt. Quin & ipsæ arbores fructibus proportionem respondent. Minus enim adstringunt, quæ in Iberia nascuntur: magis verò quæ Damasci. Ut autem in summa dicam; quorum in foliis aut germinibus adstrictio quædam inesse apparet manifesta, iis decoctis phlegmonæ in Columella aut tonsillis existentes idoneè colluuntur. Gummi autem arboris sunt qui dicant cum vino potum lapides confringere, cum aceto, puerorum sanare lichenas. Ac si id præstat, (vides dubitare Galenum, quod & nos facimus: nam si manifestam glutinandi facultatem habeat, ut Diosc. fatetur, quomodo calculum comminuat)

clarum est incidendi tenuandique illi facultatem inesse. Idem de Alim. fac. l. 2. Rarè fructum hunc austerum, aut acidum, aut omnino iniucundum inuenias, ubi exactam fuerit consecutus maturitatem. Priusquam enim eò perueniat, nullus est fermè qui non acorem aut acerbitatem præ se ferat: est & qui amaritudinem. Proinde ex hoc fructu minimum alimenti corpus accipit. Verùm quum humectare & refrigerare mediocriter ventrem statuemus, utilis erit, quem subducit humiditatis & lentoris sui gratia. Prunis porrò æquè ac Ficibus concessum est, ut vel exiccata utilia permaneant.

Damascenis prima laus bonitatis magna hominum opinione defertur. Proxima ijs quæ in Iberia & Hispania proueniunt. Probatissima in Damascenis sunt, quæ cum mediocri adstrictione magna laxaque sunt. At parua, dura, acerbique & in cibo permolesta, & ventri subducendo minus idonea, cui officio Iberica maximè conueniunt. In melicrato plus mellis habente, abundè ventrem molliunt, etiam si sola comedantur, multò magis si melicratum ipsum subforbeat. Hanc vim Prunorum laxantem multi poetæ suis carminibus commendarunt: quale est hoc quo Martialis lusit:

Pruna peregrina carie rugosa senecta

Sume: solent duri, soluere ventris onus.

Sæpe cibi specie, vitio vel corporis ipso:

Potibus aut duris, restricta morabitur alius.

Vinciturq; mora talis cum gramine Mercuriali:

Prunæque conueniunt, qua mittit clara Damascus,

Pruni folia, inquit Plin. decocta, tonsillis, gingiuas, uia, profunt in vino decocta, & subinde ore colluto. Ipsa Pruna aluum molliunt, stomacho verò utilissima, sed breui momento. Sic Apollonius apud Gal. foliorum Pruni contusorum, decoctum lacte permisto ad aphthas colluere præcipit, pueris nimirum lactis usum cum folijs contusis præscribens, sicut Diosc. & Plin. vini cum foliorum decocto, adultis & in grauioribus affectionibus.

Diphilus Siphnius, ut testatur Athen. Pruna succi mediocriter boni scripsit, facillè corrumpi & egeri, parumque alere.

Audiamus Mesuen, distinctè admodum ac Medicè de Prunorum viribus tradentem. Pruna, inquit, aluum subducunt, & alterant: sed alba, flaua, rubra, minus sunt medicamentosa, quàm nigra: quorum quæ μέλα, id est dulcacida sunt, alterant magis. Dulcia verò soluunt largius: tamen utraque alterant, & soluunt, magis scilicet & minus. Damascena verò, & Armena, utrumque præter cætera præstant, humida tamen potius, quàm sicca corrumpuntur.

Dulcia calido frigido temperata, aut paulò frigidiora, humida ordine secundo: μέλα, id est, dulcacida frigida, principio secundi: omnia tamen lauant, leniunt, refrigerant: bilem educunt: ob hæc duo biliosis tum febribus, tum morbis alijs sunt salubria: stomacho nocent, pauci sunt alimenti. Quia imbecilliter soluunt, eis adduntur præsertim infusione, Tamar Indi, Cassia fistula, Manna, violæ conditæ. Ex horum succo fit Syrupus & ex carnibus Electarium in eadem salubre.

Armeni truncum Pruni arboris locis duobus vel tribus palmæ vnus interuallo tenuiter perforant: immissoque scammonio lutant, Pruna ob id purgatoria euadunt. Dantur succo seu decocto cum saccharo ad libram vnam.

Porrò Plinius tradit, tam in syluestribus quàm satiuus Prunis esse Linum arborum, quem Græci Lichena

Ne pruna decidant. Aduersus Serpes & formicas. Ut odorata nascantur Pruna. Injertio.

Ut purgantia Pruna nascantur.

Repositio.

Damascena

Vires & v-

lus.

Stomachus

Alui fluxus

Defluxio.

Gummi.

Calculus.

Lychenes.

Diosc. re-

prob.

Damascena

Iberia.

Phlegmonæ.

Gummi.

Parum nascuntur. Téperam.

Delectus.

Purgans.

Folia.

Aphtha.

Vires ex Mesua.

Damascena

Armenia.

Téperam.

Syrupus ex succo prunorum. Electarium. Ut pruna purgatoria nascantur.

Lichen
Rhabades.
Condiloma-
ta.
Cautio.

Lichena appellant, rhaadis & Condilomatis mirevtili.

Damascena.
Cereola.

A Prunis, inquit, Tragus, aestate potissimum Augusto mense (quod tum Dysenteria grassari fere solet) abstinendum fuerit. Pruna arefacta & tosta, aliquantò sunt siccioris naturæ, quam recentia, inter quæ Damascena & Cereola maxime commendantur. Quo fit vt in coquinis magnorum dominorum suum quoque iampridem obtineant locum. Ex his enim eclegmata compositionibus nocturnis conficiuntur.

Elect. Diaprunum.

Septisarij maiori cum emolumento illis vtuntur, vt qui ex his Electuarium Diaprunum appellatum conficiant, quod ad omnes calidas & siccas febres vnicè facit, quippe cum humectandi & refrigerandi vi polleat. Crediderim magna illa Pruna, quæ autumnò maturantur, & Germ. Schaßpflaumen & Gros Kosspflaumen Lat. Asinina nuncupant, arida vino bono & dulci decocta ac vsurpata, calido & sicco stomacho prodesse, eumque si durior sit emollire. Homines tenuioris fortunæ arida Pruna viua aqua molliunt, ijsque in calidis affectionibus ad restringendam sitim & calorem vtuntur.

Prunorum decoctum Asinina.

Cornarus Dioscoridis patrocinium suscepturus contra Galenum his inquit verbis: Miratur Gal. Dioscoridem dixisse quod siccata aluum sistunt, quum etiam ipsa manifestè illam subducant, sed minus, quam Hispana. Quando verò etiam ipse Gal. pruna in communi ventrem subducere dixit, recentia magis, sicca minus: potest & Diosc. Damascena siccata, id quod minus præstant, omninò non præstare dixisse, & sic contrarium eius de ipsis pronuntiasse: maxime quum Gal. Damascena magis astringere dicat, quam Hispana, quæ Catalonia hodie à regione appellantur, & ad adstringendi vim insuper accesserit assiccatio. Atqui non videt Cornarius cum suo magis & minus neutriquam Galenum cum Diosc. conciliari posse: quod ille comparatione ea vsus sit, hic nequaquam. Nec magna subtilitas in eo, dicere, id quod minus præstat, cum eo quod omninò non præstat, quomocunque conuerti posse. Minus sic dixeris Rhabarbarum purgare, quam Turbenthum aut Aloe, ideoque dici posse, omnino non purgare, quod nullus proculdubio vnquam sanæ mentis concesserit.

Catalonia Pruna.

Corn. resutatur.

Matthiolus Galenum tuetur contra Diosc. eiusque patronum Brassauolum de Viribus prunorum laxantibus. Refragatur namque Galeno Brassauolus, quod non animaduertit Dioscoridem de Prunis Damascenis siccis loqui, quæ præterquam quod sicca sint, gustu etiam acida, & adstringentia percipiuntur. Qua quidem in re Brassauolus sanè hallucinatur. Non solum enim Pruna Damascena sicca, sed plurima alia medicamenta simplicia & adstringendi & deiciendæ alui uiribus prædita sunt, vt puta, Tamarindi, Myrobalanorum genera, Rhabarbarum, quæ primum aluum laxant, deinde adstrictam relinquunt, quam prunorum facultatem etiam Gal. agnouit. Quare cum loco citato Pruna Damascena sicca aluum ciere tradiderit, eadem tamen etiam astrictoria vi pollere alibi falsus est. Brassauolus verò Galenum insimulare videtur, quasi hæc nesciuerit, quem tamen scimus in decernendis simplicium viribus, omnium quotquot de ea re aliquid prodiderunt nasutissimum fuisse. Possis & hac ratione Dioscoridem tueri, quando Damascena aluum adstringere dixit, de siccis tantum (vt ipsemet satis se explicat) ideoque ad saporem & manifestam qualitatem potius respexisse, qualis fere

Brassauolus repit.

adstringens esse solet. Alioqui dicere Dioscoridem cum respectu ad alia Pruna dixisse, hoc ipsam aded ridere est rationem: nam quod minus laxat cæteris, & tamen laxat, quis sanus diceret adstringere? Nisi fortè id per accidens present, ad quam rem sola experientia dijudicandam sufficit. Contra opinionem vulgi ita sentit Ioan. Iacob. Federer Chirurg. Med. Friburgi in Brisgouia de Dysenteria anni 1607. Vulgaris est phantasia fructus hortorum & potissimum Pruna, copiose comesta ieiuno ventriculo, generare Dysenteriam: Quandoquidem multi Magnates, & infanti, puerperæ & alij nonnulli, qui non comederunt pruna, dysenteria corripiuntur, quinimò eorum esu curati. Clarum est diuersis temporibus & annis grassatum hunc morbum, in quibus non erant Pruna vlla, & hoc anno 1607, in quo pauca fuere Pruna aut alij fructus cum nucleis. Item laudat in uictus ratione tum ad præcautionem, tum ad curationem, etiam manè ieiuno ventriculo Pruna, quæ vocat Aromatische Eyerpflaumen.

Pruna non gignit dysenteriam.

His subnectamus Historiam quam tradit Schenckius l.4. Obs. 254. Mulier è pago Berwaldt me accessit, cuius uenter aded intumuerat, ac si gestaret sobolem, aut aliquam molam diutius retentam: fluxum menstruorum per anni spatium non viderat. Ego consideratis omnibus accidentibus, crassum & compactum sanguinem monstruosum esse in causa putavi. Exhibui digestium, & pilulas purgantes tam intestina, quam vterum. Hinc illa beneficio alui tantam copiam nucleorum Prunorum domesticorum, quæ ante annum comederat, egressit, vt omnibus qui audierunt hoc impossibile visum fuerit, illam tam diu viuere potuisse: reiectis nucleis fluxus menstruorum rediit, ac tumor remisit, tandemque benè valuit, cum antea semper cum morbo conficteretur.

Historia de Prunorum ossibus per annum retentis.

Pruni lignum vulgo operariis ad tornum, ad Sclopetarum thecas & ad cultrosum maubria expetitur: idque pulchello mangonio preparare norunt, vel cum lixiuio decoctum, vel cum calce viua & vrina aut lixiuio affuso maceratum, ad elegantem rubedinem, si natura non habeat, redigere. Ex tali, pulchella vtenilia parari solent ab artificibus.

Ligni Esus.

Ligni mangonium.

PRUNUS SYLVESTRIS.



ARBOR fruticosa est Prunus sylvestris, sepibus notissima, radicis multiplici reptatu se propagans, multis ranis donata, & minacibus spinis horrens, cortice subpurpureo & cinereo. Flores ante folia ex ramulorum tuberculis profert confertos, niueo candore insignes, teneros, amaros, odoratos si sepes ijs refer-

Descriptio:

Flores.

R

Folia.

Fructus.

Radix.

Synonyma
autorū-
que placi-
ta.
Spodias
Theop.

Athen. e-
mend.

Spinus
Virgil.

Prunum Syl.

Erasmus Spi-
ni.

Corn. not.

Pruna Sylu.

Prumna.

Prunula.

Poterion.

refertas apropinques, alioqui si singulares naribus admoueas, odoris ferè expertes, ex quinque foliolis compositos, in quorum medio fibra alba apicibus intense croceis, cum stylo viridi longiore. His ortu proxima sunt folia, Pruni fatiuae folijs similia, sed multò minore, in ambitu serrata, sapore subamaro & adstringente. Flosculis pari fertilitate succedunt fructus parui ex rotundo oblongi cerasiis vulgatis minores, alterius generis etiam æquales, primùm virides, paulò ante maturitatem glauci, tandem maturescentes atrocaculei, insigni adstrictione præditi, ossiculum continentes cerasij dicti ossiculo par, aut paulò minus, sed longius, similem nucleum amariusculum continentes. Radice nigra est, sæpè in tuberes & nodos, media etiam radice sese laxat. Igitur si non retorrída & scabra, sed lauis & nitida, proluxa sæcundaque fuerit, terram intelligemus esse furcularem, vt Colum. & Curtius tradunt.

Hanc volunt esse quam *σποδίας* Theophrastus appellat, quando inquit: *βαδύριζήσασον δὲ δουρῶν ἀγρίων εἶναι ἢ πρίνος. ἐλάτη δὲ ἢ πικρὴ, μαύριος. ἐπιπλαυῖται δὲ θραύπαι. ἢ ἢ κικκίμηλιά. ἢ ἢ σποδίας. αὐτὴ δὲ ἐστὶν ὡς τὸ ἀγρία κικκίμηλιά.* Superficiariam eius dicit radicem, quod est, vt dicebamus, reptatu se propagantem, sed per summa terra. Gaza ipodias transfert, magna, præter morem eius, inde: cum tamen in citatis verbis satis se explicet Theop. quid ipsi sit *σποδίας*, nempe *ὡς τὸ ἀγρία κικκίμηλιά*, veluti Prunus syluestris. Athenæus certè hunc locum citans: *Θεοφράστου (inquit) λέγει κικκίμηλιά ἢ σποδίας τῶτο δ' ἐστὶν, ὡς τὸ ἀγρία κικκίμηλιά.* In vulgatis tamen codicibus Athen. corruptè legitur *σπονδίας*. Ad nostri Theophrastei codicis marginè doctissimus Dalech. manu sua adnotauit, Spodias, vulgò *des Prunelles*. Eiusdem sententiæ subscribit Constantinus: quam arborem spinum vocat Virgilius in Georg: 4.

Educiæque Pirum, & Spinus iam Pruna ferentis.

De eadem sanè intellexit Colum. scribens: neque enim est vllum tamdiu viduum solum virgultis, vt non aliquos furculos progeneret, tâquam Piros syluestres, & Prunos, vel Rubos certè. Nâ hæc quamuis genera spinarum sint, solent tamen fortia & læta, & grauida fructu consurgere.

Palladius spinum vocat, & Virgilium eo ipso loco citat.

Cornar. vult hanc spini appellationem non à spinis esse, ac si ipsarum generis sit, sed arboris primarium nomen: alioqui, inquit, si non arbor, sed spina esset, quomodo Malus in spinum inferi posset, veluti Palladius lib. 3. docet. Nostri in eius fructu, quem *Spinling* appellant, Latinam appellationem referunt.

Bellam sanè verò Cornarij subtilitatem, quæ seipsam confodiat. Non à spinis est, velut ipsarum generis sit, inquit, Atqui est de numero arborum spinosarum, & tam est, vt nunquam non horreat spinis: & tamen arbor est, cuiusque nomen primarium Spinus. Nec videmus quid impediat, quominus à Spinis hæc dicta sit arbor Spinus.

Prunà Syluestria Plin. qui miratur huius Pomi mentionem à Catone non habitam, præsertim cum condenda demonstraret quædam & Syluestria.

Ἀγριοκικκίμηλιά Diosco. quamuis in ueteri legitur *ἀγρίων κικκίμηλιων*, id est, syluestrium Prunorum.

Gal. in Asia *πρῦμα*, alibi *ἀγριοκικκίμηλιά* vocari ait. Prunula & Prunecola Latini, etiamque nunc hodie in Italia

Cornarus noua opinione prægnans, in hæc prorupit verba. Poterion Diosc. Plinio & Galeno

spina & sentis quæ nostris *Schledorn*: eadem *Spina*. Br abyta. Et alibi: Syluestrem Prunum omnifere- *Sentis*.

rè hodie esse putant eam spinam, quæ *Schleensdorn* à nostris dicitur, & fructus *Schleens* appellatos profert, & hos etiam Prunula siue Prunecola Italia appellat, quo argumento vel maximè siluestria Pruna esse censetur. Verùm (inquit ille) ego peculiarem sui generis spinam ac sentem potius, quàm arborem, illam esse iudico: & Poterium itemque Neurada à Diosc. Gal. Paulo Plinioque appellari & fructum eius *Schleens*, Brabyta esse ac dici, lib. 6. Comment. medicorum clarè ostendi, & repetam capite de Poterio. Syluestrem verò Prunum iustam arborem esse, & non tam humilem spinam, tum in secunda Fuchseide, tum eodem relatorum Commentariorum loco, commonstrauit, vbi Gal. de Prunis apud Asianos appellatis agit, velut etiam lib. 2. de alim. ait:

ἑστὶ τῶν ἀγριοκικκίμηλιων καρπὸς, ὃ πρῶτα παρ' ἡμῶν κέλεσται. Asiani itaque Latina voce Pruna appellauerunt siluestria sola. Nam fatiua *κικκίμηλιά* dicuntur. Et ijdem etiam siluestris Pruni arborem solam, Latina voce *πρῦμον* vocauerunt, vt Gal. 7. simpl. tradit. Sunt itaque siluestria, sicut in alijs stirpibus, ita etiam in Prunis, omnia quæ citra rationem, in siluestribus locis, extra hortorum cultum proueniunt. Huius autè generis sunt & quæ Helli *Bilsen* vocant, & quæ Misnenses Barbulas caprinas. Sed & spinus appellata arbor pruna siluestria fert. At ei arbore quæ Pruna siluestria profert, *Bilsen* appellata, nulla similior est quàm Prunus in Aegypto, à Theoph. l. 4. hist. descripta, vt penitus eadem videri possit, si non locus natalis dispararet: quanquam nihil vetet à Theoph. in Aegypto cognitam, etiam in Germania nasci. *Hæc Cornarus*, qui diuersis locis reprehendit Plinium, & taxat Diosc. sed quàm benè, ipse viderit: nostro quidem iudicio frustra id onus suscepit: pauca enim sunt, quæ conueniant cum Poterio in nostra Pruno siluestri, vt examinanti & conferenti clarè apparebit: Inter alia, vbi lanosa lanugo? &c.

Parum profectò vidit Cornar. si *Schlehen* seu Prunum siluestrem nõ vidit in arborem exercecere, quàm & spini nomine Virgilius, inter magnas arbores recensuit, versu citato.

Prunum nostram silu. non posse esse Ægyptiam Theoph. manifestum conferenti vtrasque descriptiones. Rectè itaque Tragus: Non subscribendum eorum sententiæ qui Prunum siluestrem Acaciam, & Poterion nominant: Et Gesner. Non placet (inquit) Cornarium Poterion facere. Et Cordus: Poterion Diosc. non est vt quidam putant, Germ. *Schlehdorn*: Et Fuchf. Caue eorum amplectaris sententiam, qui Prunum silu. Poterium esse putant. Et Matth. Poterium non est Prunus silu. vt Cornar. absurdè putauit, non immeritò à Fuchfio reprehensus. Et Lonicerus: Quidam volunt *Schlehdorn* esse Poterion Diosc. Verùm non conuenit descriptio. Et Rob. Const. Cornarus quem Amatus sequitur, Poterion nulla ratione contendit esse Prunum siluestrem.

Sic autem ait Amatus: *ποτῆριον* Poterion, Neuras, Hispanis familiaris Carduus, quem Cornar. *Schlehen* appellari tradit: Etsi verò his verbis non directè & per se statuat Poterion esse Prunum silu. seu *Schlehen* / sed ex Cornarij potius opinione id dicat, in æquè absurdam tamen præceps cadit sententiam, quòd *Schlehen* Carduum dicit, vel poterion.

Nihilò etiam rectius ab eo factum quòd pro Poterio, vel Pruno siluestri, vel pro Carduo (nam

Pruna Sylu.

Poterion
Neuras
Brabyta.

Bilsen
Barbula.

Poterion nõ
posse esse
Prunum Sylu.

Corn. à mul-
tis reprehē-
sus.

Amatus
notat.
Neuras.
Carduus.

Amatus ite
preh.
(nam

(nam ex his tribus duo intellexisse eum necesse est) Ribes figurâ apposita.

*Alius Corn.
error.
Pruna syl-
uestris non
esse Braby-
la.*

Quod autem *Schlehen* seu *Prunum siluestrem* quam ille *Poterion* putat *Brabyla* esse vult *Corn.* si *Dioscoridis* & *Plinij* auctoritatem recipit, opinionem suam minimè veracem fateatur necesse est. Scribit enim *Diosc.* fructum *Poterij* inutilem esse, & *Plinius* *Brabyla* (in quibusdam codicibus legitur *Brabilla*) vim habere spissandi, *Cotonei* mali modo: tum fructus *Poterij* non poterunt esse *Brabyla*.

Contra *Cornarium* facit & hoc, quod de *Brabyli* scribit *Plinius* in hunc modum. Vim habent spissandi, nec ampliùs de ea tradunt auctores. Dubius siquidem locis ampliùs de *Poterio* scribit *Plinius*, *Veteres* secutus. Ex *Plinij* igitur auctoritate non idem sunt *Brabyla* & *Poteria*. Ideoque nec frutex *Schlehen* *Germ.* poterit esse *Poterion*, nec fructus eius *Brabyla*.

*Cronem-
burgius not.*

Cronenburgius tamè scribit *Cornarium* probabilibus coniecturis velle spinam *Schlehen* esse *Poterion* *Diosc.* sed *Tragum* contradicere. Verùm siue contradicat *Tragus*, siue non contradicat, non videntur nobis probabiles coniecturæ *Cornarij*, quicquid scribat *Cronenburgius*.

Idem scribit *Matthiolum* (fortè legendum *Cornarium*, nam hæc apud *Matth.* non inuenimus) aduersus *Fuchsum* constanter affirmare *Schlehen* neminem vnquam *Latinorum* scriptorum *Prunulam* ac *Prunellam*, siue *siluestre Prunum* appellasse, immò ne *Prunorum* quidem generis existimasse, cum *Pruna* ferens planta, iusta arbor sit, non humilis spina ex *Gal.* & *Diosc.* testimonio: sed quisquis ille sit, qui hoc scripsit, parùm circumspicere, quæ *Plinius* de *Prunis* tradit, perquisiuit, qui loco supra à nobis adducto, aperte *Pruni siluestris* mentionem fecit.

Cautiùs *Turnerus*: *Latini* (inquit) spinum potiùs, quàm *Prunum* nominant quantum memini: *Pruni* enim nomen apud solum *Plinium* legi. *Palladius* *Pomum spinosum*, id est *Pruno* inferi scribit. sed cum *Spinus* à spinis sit, *Prunus spinosa*, siue silu. siue fatiua spinus rectè nuncupabitur. Vt autem *Cornarij* sententiam refutet acutè sanè spinis seu *Pruni siluestris* differentias proponit, & alia quædam suâ, hoc est *Anglica* lingua tradit, quæ translata huc referri merentur. Quemadmodum etiam (inquit ille) *Prunorum hortensium* varia sunt genera, ita quoque *siluestrium*, quorum duas saltem noui differentias. 1. *Angl. Bulles tree et Bullestertree.* 2. *Angl. Slo tree et plackthorn tree.* Prior illa duum est generum: vnum in hortos transfertur, & in iustam *Pruni* magnitudinem excrescit: alterum in sepibus nascitur, nunquam arborefcit, sed inter arborem & fruticem magnum consistit. Minus autem genus spinosius est maiori, ideoque spinis nomine dignius. Illud autem genus, quod *Slo tree* vocant *Angli*, longè adhuc iustiùs spinis nomen ob eandem causam meretur.

*Prunum syl-
uestris gene-
rium.*

At *Corn.* contra omnium doctorum sententiã negat *Slo tree* esse spinum aut *Prunum silu.* quòd non sit arbor magna, in quam possit fieri insitio (ex *Palladio*.) Malè cohæret eius ratio. Etsi enim *Palladius* spinum vnum aptum insitionibus censeat, non tamen quemlibet idoneum facit. Nam nec ille nec *Virg.* negat spinum quemdam minorem insitionibus ineptum. Imò videtur *Virg.* fruticem *Slo* intelligere per spinum syluestrem: *Virides*, inquiens, occultant spineta lacertos. Quo loco spinetum à spina, id est, *Carduo* non dedu-

*Corn. opinio
refut.*

citur, propterea quòd sub *Carduis* non soleant sese occultare lacertæ. Neque spina apud probatos auctores significat *Salzhorn* (id est, *Germ. Hagendorn*) nisi cum adiectione albæ, idque in *Columella* solo, quod meminerim. Neque spinetum ab hortensi *Spino* neque à magno siluestri *Spino* deductum est: non enim solent vsquam tam densè tantòque numero crescere, vt spinetum dici possint, ideoque nec lacertos à Sole occultare possunt. Relinquitur ergo verisimile esse, spinetum à spinis silu. minoribus, seu *Ger. Schlehen* deriuatum. Idem patet ex *Theocrito*. *Αμαρία* enim, id est, sepes habet, seu conseptra aut sepimenta, quæ ex spinis silu. minoribus fiunt.

*Spinetum
unde.*

Porro quod pertinaciter defedit *Corn. Schlehen*, (*Prunum siluestrem*) vel *Anglorum Plackdorn* esse *Poterion* *Diosc.* inferens inde non esse *Prunum silu.* ne *Dioscorides* dicatur duobus locis de eadem re agere præter consuetudinem suam, facile probaui non esse *Poterion*. Non enim habet *Schlehen* ramos longos, lentos, molles, flexiles. Etsi enim *Blackthorn* in cacumine ramos multos habeat, non sunt tamen ij longi, sed breues, duri, fragiles: fructus aut nullum aut exiguum habent odorem, tantum abest, vt suauem habeat, quæ omnia in *Poterio* requirit *Diosc.*

*Rationes cur
Schlehen
non sit Po-
terion.*

Ceterum quòd scribit *Corn.* *Prunum Theophrasto* memoratum lib. 4. c. 3. hist. esse *Bulles tree* (quæ est *Prunus silu.* prima nostra) tam in eo errat, quàm in *Pruno silu.* *Brabyli* & *Poterio*. Arbor siquidem, cuius meminit *Theoph.* insignis est magnitudinis, cui folia nunquam decidunt. Sed arbori quam nos *Bulles tree* *Germani Hessi Bilsen* vocant, folia delabuntur, neque insignis est magnitudinis. Nequit igitur esse *Prunus Theophrasti*. Quare nec fidem hic merentur *Cornarij* coniecturæ. Sed illa *Plinij* verba, quibus ait, siluestrium *Prunorum* bacce & errore *Cornarij* patefaciunt, negantis *Schlehen* *Germ.* esse fructum *Pruni silu.* Nam si in *Pruno silu.* nascerentur solummodò *Pruna magna*, nunquam eius fructum nominasset *Plinius* *baccas*, quæ uox minoribus tantum fructibus conuenit.

*Prunum
Theoph. non
esse Prunum
syluestris
primam.*

Nihil igitur est quòd *Harchius* tam securè pronunciet in suo *Enchir.* *Schlehen* *Germ.* *Poteria* vulgò. Mirum verò talia pronunciare aliquem audere, non considerata priùs descriptione, quæ nihil minùs, quàm responderet. Verùm, vt sit, vt vnus error, plures post se trahat errores, ita *Cornario* euenit, existimanti, ne succum quidem ex *Prunis siluestribus* expressum ac inspissatum *Acaciæ* loco esse substituendum: quàm benè docti viderint. Sic autem inquit. *Officinæ Acaciæ* vocant, quam ex *Pruneoli* fructu ab ipsis appellato, nostris autem *Schlehen* dicto, parauerunt, succo illius fructus vnâ cum carne in massas coacto. Nos autem fructum illum *Poterij* esse in *Comment. medicis*, & apud *Diosc.* clarè docuimus. [Sed quàm clarè ex præcedentibus patet.] Proinde ex ipsorum *Acaciæ* illis sperandum relinquemus eum effectum, qui verè adscribitur. Nos autem, si sapiemus, illorum *Acaciæ* non utemur.

*Harchius
not.*

Corn. not.

Sed propter suam falsam *Poterij* opinionem, reiicit *Cornarius* *Acaciæ Prunellorum*, contra plurimorum doctorum sententiã eam legitima *Acaciæ* substituentium, vt patebit in viribus.

*Acaciæ ex
Prunellis
reiicit Corn.*

Nec tamen idè ferendus eorum error, qui existimant *Prunum siluestrem* esse *Acaciæ*. Ita videmus quosdam *Neotericos Practicos*, qui tamen egregiè se sapere putant, in suis receptis scribere solitos: *Rec. aquæ florum Acaciæ*: siue enim sciant non esse *Acaciæ*, siue nesciant, utroque tamen

*Prunum sylu.
non esse A-
caciæ.*